

B. N. II, 132.
A. 34, 3.

(X 188 0465) B. N. II

II R
3636

L. N. 7.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

REMEDIO REVI-
SORIO ADVERSUS SEN-
TENTIAS CAMERÆ IM-
PERIALIS,

Quam

In Illustri Academia Salana Jctorum

Collegii Decretò

PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO

DN. HEINRICO BALTHAS.

Moth/Jcto & Antecessore, Consiliario Sax. &
Schwarzburgico, Curia Provincialis, Scabinatus & Fa-
cultatis Juridicæ Assessore, Patrono ac Promotore suo
plurimum colendo,

PRO

Summis in Utroque Jure Honoribus, Privilegiis ac Immu-
nitatibus Doctoralibus legitimè obtinendis,

Publico eruditorum examini sub-
mittit

d. April. 1680.

Horis ante- & pomeridianis

Johann Heinrich ALBERTI, Misnicus.

JENÆ, Typis JOHANNIS NISL.

Jusp. publ. Lib. V. Cap. 9. et 10



22

DISPVTATIO IN VAGLIARIS
REMEDIUM RHEVM
SOMNO 707875
TENTATAM CAPELLA
PERRALIS
In Imperio Academijs & Seminarijs



DR. HEINRICH
SCHWABERGER, Cuius Consilio S.A.K. &
Schwabenburger, Cuius Consilio S.A.K. &
Bismarckstr. 10.
Sunt in Unoppe iure
atque iudiciali
pallio...
April 1880.

Dr. Johann Heinrich A. R. T. Minicus
JENA, Typis Johannis Nistl.





P R Æ F A T I O.



Volent qui pro dignitate Doctorali disputant, materias rariores eligere: Ego materiam ex utilitate & usu quem in ipsis rerum argumentis obtinet, æstimaverim. Hinc sisto non raram quidem & obscuram: nec tamen vulgarem aut in Scholis detritam: sed clarissimam in summo Imperii Tribunali frequentem materiam, ex illustri & nobilissima Juris hodierni portione, Recessibus sc. Imperii & Ordinatione Camerali depromptam, Disputatione verò Inaugurali ex duabus potissimum rationibus dignam: Quarum prima est quod Jurisprudentiæ nostræ studiū non solius Juris Justinianei & Pontificii cognitione absolvi possit, sed ambitū suū Recessus quoque Imperii, Jura statutoria, Provincialia & Municipalia complecti debeat, adeò ut turpe sit causas oranti jus locale aut cōsuetudinarium in quo versatur, ignorare, turpius autem, jus commune Cæsareum nescire, quoniam Camera Imperialis instar antiquæ Romæ, quæ communis omnium patria vocabatur, hodiè commune omnium Imperii Statuum Forum ac Domicilium habetur, ideoque jus quod ibi obtinet, Jurisprudentem fugere non debet. Altera est, quòd quæ antea Doctores de hac nobilissima materia passim sine ordine tradiderunt, per *Recessum novissimum de anno 1654.* quodammodo immutata sint. Quapropter sine ulteriori ambage tentatum iter aggredior, Deum Ducem invocans ut me regia viâ in sui nominis gloriam ad finem hujus materiæ feliciter perducatur.

CAP. I.

De

Explicatione Vocum & Definitione.

TH. I.

USû apud JCtos receptum est, rem quam tractandam suscipiunt ab interpretatione vocum exordiri: Quod licet tritum nimis & propemodum vulgare, propter monitum tamen Ulpiani in *l. 1. ff. de R.C.* non temerè neglexerim, sed eo usq; observaverim, ut nec scholæ leges sprevisse, nec tamen de verbis magis, quàm de re ipsa sollicitus fuisse dicar.

TH. 2. *Remedium* dicitur à *Re* & verbo *Medeor*: Propriè significat medicamentum, quò morbis hominum & aliorum animalium medemur, quæ significatio apud Medicos frequentissima est, & apud alios autores etiam non incognita. Sic Cicero ad Octavium: *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur tam faciunt dolorem, quàm quæ salutaria sunt.* Translatum deinde nomen remedii etiam ad Jura & generaliter omnes actiones & exceptiones quibus aliquid in judiciis petimus, *Juris remedia* dici possunt.

TH. 3. Juridicè igitur denotat auxilium, adjutorium, juvamen vel beneficium juris, quo in sensu legitur *l. 4. C. qui bon. ced. poss. l. 7. ff. de in integr. restit. & l. ult. C. in quib. caus. restit. in integr. non est nec. min.*

TH. 4. *Revisorium* venit à verbo *Revideo* vel *Reviso*, & præter JCtos apud neminem latinitatis autorem hoc nomen me legissè memini, quanquam ipsum verbum *Reviso* infrequens non sit, uti apud Horat. *lib. I. Ep. VII.*

— — — *Te dulcis amice reviset*

Cum Zephyris si concedes & hirundine prima.

Rectè tamen omninò dicitur à JCtis & quidem ad imitationem *l. 5. §. 4. C. de temp. & repar. Appell. seu Consult.* ubi appellationis remedium appellatorium juvamen dicitur, nihil itaque prohibet

bet

bet & Revisionem ex rationis paritate Reviforium Juvamen vel remedium indigitare, vel Revisionis adminiculum & auxilium nominare *arg. l. 1. & 2. C. quand. prov. non est nec.*

TH. 5. Vocabulum *Sententia* quatenus in jure consideratur, denotat judicis Decretum & pronunciatum disceptandæ controversiæ causâ prolatum, & vel latè sumitur, ut sub se quoque comprehendat interlocutoriam, vel strictè, pro sententia definitiva tantum ut in *rubr. C. de sent. & interloc. l. 19. §. 1. ff. de recept. arbitr.* Interlocutoria autem nisi vim definitivæ habeat, hujus loci non est.

TH. 6. Venio nunc ad nomen *Camera*, quæ significat propriè fornicem sive testudinem ædificii, quò sensu Propertius:

*Quod non Tanariis domus est mihi fulta columnis,
Nec Camera auratas inter eburna trabes.*

Apud Feudistas accipitur per Synecdochen generis, pro loco Principis ærario destinato, & ad illam Feudi speciem trahitur, quam vulgò Feudum de Camera appellant. Jure Pontificio secretarium cubiculum notat in *c. qua fronte. 25. ext. de Appell.* Hòc locò sumitur pro judicio in Camera Imperiali constituto vel pro Collegio & cœtu Judicis & Assessorum Cameralium, vocatur aliàs *das Keyserl. Cammer=Gerichte* / quod Parlamenta in Gallia, in Italia Rotæ, Concilia suprema in Hispania repræsantant. Constituta est hæc Camera ab Imperatore Maximiliano I. & Statibus Imperii circa annum 1495. in Comitibus Wormatiensibus & celebratum primò judicium Francofurti ad Mœnum die 31. Octobr. anni 1495. in eoque mox die 3. consequentis mensis prima quam vocant audientia habita & 26. Febr. 1496. prima sententia banni imperialis pronunciata, annotante Gailio *lib. 2. de Pace publ. cap. 1. in fin.* Repræsantat hoc judicium totum Imperium, inde Imperator supremi hujus judicii cursum impedire, litesve ibi pendentes ad se vocare & Camera inhibere omninò nequit: *Ordin. Cam. p. 2. tit. 35.* Nec Aula ejus vulgò *der Reichs=Hofrath* / quæ aliàs in causis ad Camera pertinentibus præventionem habere videtur per *Recess. Imp. zu Trier und Coln de ann 1512. §. zum dritten.* ibi: *nachdem täglich der Partheien Handel und Sachen an unsern Keyserlichen Hof erwachsen ic.* causas à Camera re-

4
vocare & in suam cognitionem trahere potest, per expressa verba
der Keyserl. Wahl Capiculation de ann. 1658. §. 24. in verbis:
Die am Keyserlichen Cammer-Gerichte zu Speier aber
abhängig gemachte und noch in ohnerörterten Rechten
schwebende Sachen von dar ab und an unsern Reichs-
Hofrath nicht abgefördert noch von uns aufgehoben und
dargegen *inhiberet* &c. Hinc passim vocatur iudicium summum
& ultimum in Imperio *Recess. Imp. de ann. 1530. §.* Dieweil nun
unser Cammer-Gerichte das oberste und letzte Gericht/
unde ab eo neque appellatio neque supplicatio admittitur, exce-
ptis tamen Revisionis & Syndicatus Remediis.

TH. 7. Præmissâ igitur ad clariorem rei intellectum brevi
& congrua significatione vocum, definitio *Remedium Revisio-*
rium, quod sit auxilium Juris extraordinarium, subsi-
diarium, devolutivum & in certis causis executionis mo-
ratorium, quô sententia Camerae Imperialis sine dolo
quidem, culpâ tamen erroréve lata, repetitâ diligenti
actorum inspectione & unicâ partium coram Revisio-
ribus deductione impugnatur & in melius reformari
petitur.

TH. 8. Obtinet hoc remedium tantum in Camera Impe-
riali. Locum etiam Revisio quandoq; habet extra Imperium in aliis
regnis, quemadmodum de Hispania testatur Valasc. *consult. 51.*
per tot. Sic etiam obtinet in iudiciis Ostirisiæ, Mindæ & Hervor-
diæ testante Hahnio ad Wesenbec. *ff. de R. Judic. n. 10.* non tamen
eâ forma, eoque processu, quô in Camera Imperiali instituitur. Sic
nec hujus loci est ea Revisio vel potius Transmissio Actorum, quæ
summâ appellabili non existente conceditur, ut nimirum pro qua-
litate cujuslibet causæ, si una vel altera pars id efflagitet, & rele-
vantes causæ adsint, Judex à quo Acta in præsentia utriusque par-
tis vel earum procuratoris inrotulanda absque ulla commenda-
tione ad revidendum per duos vel tres non suspectos JCTos vel
ad Collegium Juridicum transmittat atque ejusd. Consilium ex
jure

5

jure formatum desuper postulet de qua vid. *Recess. de ann. 1654. §.*
doch mit diesen n. 13. Sed disputatio mea instituta est de Revi-
sione in Camera Imperiali usitata, de revisione verò extra Impe-
rium, quæ & *Recurssus* à nonnullis vocatur, consule Valasc. *d. con-*
sult. 51. n. 4. cum aliis seqq. ubi eleganter exornat. & dividit in
Revisionem Gratia & Revisionem Justitia: Ast cum Remedium
revisorium Camerale magis justitia tanquam basi & fundamento
suo innitatur, ideò rejecta hòc locò Valasci divisione, id potius
justitia tribuo quam gratia, non obstante quòd gratiam non nihil
redoleat, siquidem sufficit, quod Lex publica hoc remedium
magis conferat quam judex & sic quoque magis à Jure quam me-
ra gratia dependeat.

TH. 9. Circa definitionem verò hujus remedii multum
controvertitur, an extraordinarium sit nec ne? Ego affirmativam
teneo, licet negativam propugnent Knichen. *c. 5. de Sax. non*
prov. jure. Nicol. Reusn. *vol. 3. Consil. 21. n. 23.* Mindan. *de pro-*
cess. lib. 2. c. 28. num. 4. in fin. Quamvis enim à Jure hoc bene-
ficium dependeat ut modò dictum, & ab Imperatore & Statibus
Imperii penes quos legem ferendi potestas est, constitutum sit, ut
læsis & gravatis eò succurratur, attamen pro ordinaria non habe-
tur, Lud. Bend. *tr. de Revis. conclus. 1. n. 20. & seq.* tum quia rescin-
dit sententiam quæ summò jure valet, tum quia deficiente de-
mum aliquò ordinariò datur.

TH. 10. In reliquis definitionis nostræ verbis continetur
differentia specifica, quæ desumta est partim à subjecto, partim
ab objecto, partim à forma, partim ab effectu. Inde notanter
dixi, sententiam latam esse oportere sine dolo, culpa tamen & er-
rore. Quod si enim per dolum, barratariam, prævaricationem,
aut affectum judicum sententia prolata fuerit, non Revisionis sed
Syndicatus remedium competit. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §. wo*
aber einige Parthey. Sed hæc & cætera ex sequentibus
capitibus & quidem singula suis locis mani-
festiora fient.

CAP.

6.

CAP. II.

De
Origine & Causis.

TH. 1. **O**Rigo hujus remedii illustris est & clarissima, non tamen petenda ex Jure Civili Justinianeo, nec ex Jure Pontificio, utroque enim jure incognitum est. Et quanquam cum remedio *Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer.* affinitatem quandam habeat, longò tamen interstitio hæc remedia à se invicem dissident: siquidem remedium *auth. quæ supplicatio.* proponitur coràm eodem qui sententiam tulit, scilicet Præfecto Prætorio sive Consiliariis vel Referendariis ipsius *§. aliud ad hoc Nov. 119. ut Sponsal. largitas.* & fundatur in excellentia personæ: At revisio non proponitur coràm iisdem iudicibus, sed ordinariis Revisoribus & non ratione excellentiæ personarum, sed ratione justæ, notoriæ & ex iisdem actis promptuariæ causæ, ut omittam alia plura, in quibus differunt, quæ ex capite V. hujus disputationis haud difficulter colligi poterunt.

TH. 2. Introducendum autem hoc remedium jure novò, per Ordinationes & Recessus Imperii, qui hodiè nobilissimam Juris Cæsarei portionem constituunt, quos nisi quis probè cum utroque jure conjunxerit, non poterit perfectam juris nostri cognitionem adipisci. Primos verò natales debet Ferdinando I. qui id communi Statuum consensu anno 1555. introduxit. vid. *Ordin. Cam. eod. ann. p. 3. tit. 52.* Deinde per *Recessus* posteriores & quidem *de ann. 1557. §. 23. Recess. de ann. 1559. §. 60. Rec. de ann. 1594. §. 99. Recess. ann. 1598. §. 62. Deputations. Abschied zu Speier de ann. 1600.* & novissimè per *Recessum de anno 1654. §. 124. & seq. & Keyserl. Wahl Capitulation de anno 1658. §. 42.* Auch sollen und wollen wir keines weges dargegen seyn: confirmatum & quoad Formam ac processum in multis partim auctum, partim circumscriptum.

TH. 3. Causa Efficiens hujus remedii duplex esse videtur: Remota & Propinqua: *Remotam* constituit æquitas, distitan-

te

te scilicet communi ratione, ut iniquitate aut errore iudicum oppressis contra ea quæ summò jure valent, remediò aliquo extraordinario succurratur: Addam quod & aliquam defensionis speciem sapere hoc remedium videatur, surrogatum scilicet in locum appellationis, quæ ab ipsa naturali ratione profecta videtur *c. 61. §. porro. X. de appell. junct. l. 3. ff. de J. & J.* Surrogatum autem naturam ejus cui surrogatur, induere censetur, ita ut sublatò à iudicio Camerali beneficiò appellatorio, revisorium tanquam subsidiarium omninò relinquendum fuerit.

Th. 4. *Causa Efficiens propinqua est Imperator & Status Imperii, quibus ratione modi & formæ introductæ hoc remedium rectè ascribendum putaverim.* Quamquam verò olim Imperator solus legem ferendi absolutam potestatem habebat, ut patet ex *l. 1. C. de LL. & Const. Prr. & Edict.* hodiè tamen Imperatores aurea Bullâ & Capitulationibus adeò astricti sunt, ut leges universales non nisi in Comitibus cum consilio Procerum seu Imperii Statuum condere possint *Arum. ad A. B. disc. 7. Ott. de J. P. p. 231.* Nam Status Imperii non privativè quemadmodum olim populus Romanus per L. Regiam in Principes imperium transtulisse perhibetur, sed communicativè potestatem leges universales ferendi Imperatori concesserunt, ita ut Ejus potestas cum Statibus in condendis legibus cumulativa sit & sine Statuum communi sponione parùm possit. Hinc Imp. Carol. V. *Recess. Imp. de ann. 1548. §. 2.* in condenda super blasphemia lege ait: *Haben wir samt Churfürsten/ Fürsten und Ständen des Heil. Reichs und der abwesenden Bothschafften/ das alles mit besonderlichen Beschwerungen zubeächtlichen Gemüth geführet/ und auf diesem unsern Reichstag alhier weiter gerathschlaget und erwogen &c.* Inde venit illud tritum, quòd Jurisdictio Camerae morte Imperatoris non expiet *arg. l. 6. ff. de Jurisd.* quia scilicet circa eam non solum Imperator sed & Status Imperii concurrunt *Gail. 1. obs. 41. n. 5. & 6. Treutl. vol. 1. disp. 12. lit. B. Conf. Schyvanm. obs. praet. Cam. Imp. obs. 3.*

Th. 5. *Causa Impulsiva est ut quisque per sententiam Cameralem gravatus coràm Revisoribus legitimum aduersus eam habeat praesidium.* Hinc quàm utilis sit Revisionum usus

B ne-



neminem esse puto qui non videat, quippe cum iniquitatem & errorem judicantium corrigat. Licet enim præsumtio sit, eos qui ob singularem industriam, exploratâ fide & gravitate ad hujus judicii magnitudinem adhibentur, non aliter judicatuos esse, pro sapientia ac luce dignitatis suæ, quam ipse Princeps ac Status Imperii judicaturi forent, uti loquitur Charisius in *l. un. §. fin. ff. de off. Pref. Prat.* & proinde regulariter appellatio à Camera prohibita sit *arg. d. l. ex æquitate* tamen admittit probationem in contrarium, ut proinde iniquum haud sit, si gravatus errorem judicis coràm Revisoribus alleget & in melius sententiam reformari petat *Ordin. Cam. de ann. 1555. p. 3. tit. 53.*

CAP. III.

De

Subjecto seu Personis in hoc Remedio concurrentibus.

TH. I.

Subjectum hujus Remedii constituunt personæ, quæ in hac materia quadruplici modo considerari possunt. I. Judex & Assessores Camerae, qui sententiæ, cujus Revisio petitur, concipiendæ interfuerunt, hi enim sunt instar judicis à quo ad similitudinem, appellationis *arg. l. 6. pr. C. de appell.* II. Domini Revisores, tanquam Judices ad quos, licet diverso plane modò quàm in appellatione, quemadmodum ex Formalibus hujus Remedii patebit. III. Considerandus est ille qui Revisionem petit & IV. is contra quem hoc remedium intentatur, quem communi nomine adversarium voco *l. 3. ff. de A. & R. in appellatione hic vocatur appellatus. c. 26. c. 44. X. de appell.* Is appellans, provocans *l. 6. l. 13. pr. ff. de App. & rel. l. 1. pr. ff. de appell. recip.*

TH. 2. Quod primum attinet, Judex est caput Judicii Cameralis *Ordin. Cam. p. 1. t. 9.* à solo Imperatore ad id constitutus, ut in supremo Imperii tribunali omnia juxta præscriptas leges fiant & suum cuique tribuatur. Hinc illi soli supplicationes exhibentur & in his ipsius solum nomen exprimitur, si Princeps secularis hâc formâ: *Durchlauchtigster Fürst / Römischer Keyser*

serlicher Majest. Cammer-Richter / gnädigster Herr &c. Si Ecclesiasticus, Comes aut Baro aliter pro forma stili ac consuetudinis forensis. Mandata tamen, sententiæ & Decreta non ejus sed nomine & sigillô Cæsareæ Majestatis emittuntur *Ordin. Cam. p. 1. tit. 9. Petr. Denais. in Jure Cam. tit. 2. p. 25. §. 4.*

TH. 3. Huic Judici incumbit relationes & vota Assessorum diligenter perpendere & operam dare, ut omnia in judicio decenter & secundum ordinem fiant. Hinc quotiescunque sententia cameralis per hoc remedium impugnatur, semper ejus præjudicium vertitur, sine eo enim in votis non concluditur nec sententia fertur, nisi forte absens aut morbo aliocq; legitimo impedimento fuerit impeditus & hoc casu officium suum consensu & autoritate Assessorum, Comiti aut Baroni qui & ipse in numero Assessorum sit, aut si Comes aut Baro haberi non possit, alii Assessori ab Ecclesiastico vel seculari aliquo Electore præsentato demandare potest. In Causis tamen Electorum & Principum Judex Camere ipse in persona vel eò absente Comes aut Baro judicio præesse sententiæq; concipiendæ interesse debet: Et si forte Comes aut Baro non inveniatur in Collegio Assessorum, Judex Camere in his Causis alium Principem, Comitem aut Baronem in locum suum substituere debet, qui substitutus juramentum quòd Judex Camere ante officium suum præstitit, itidem præstare tenetur, quò obstrictus manet, quamdiu officium Judicis Cameralis administrat. *Ord. Cam. p. 1. tit. 10. 11. & 12.*

TH. 4. Assessores quoque Camere in id constituti sunt, ut causas in judicio Camere propositas cognoscant atque decident *Ordin. Cam. p. 1. tit. 13.* Sed plurimum differunt ab iis Assessoribus quorum fit mentio in *tit. ff. de off. Assess. & C. de Assess.* Assessores enim Camere sunt & ipsi Judices & inde passim in *Ordin. Cam.* vocantur Urtheiler: At Assessores de quibus in libris Justinianeis fit mentio non sunt ipsi judices, sed judicum consilarii qui & per se non judicant, sed judicanti assident & consilium præstant. *l. fin. ff. de off. Ass. & l. 3. C. eod.*

TH. 5. Assessores Camere olim post triplicem aucionem ex *Recess. Imp. de ann. 1570. Spira. §. dieweil denn auch* / erant numero XL. Sed hodie eorum numerus auctus & quidem per

10.
Instrumentum Pacis Cæsareo-Suedicum artic. 5. §. 52. hisce verbis:
Ne tamen res hac prorsus in incerto maneat, placuit præter Judicem
& quatuor Præsides & quidem duos horum ex Augustana Confes-
sione à sola Cæsarea Majestate constituendos, numerum Assessorum
Camerariorum in quinquaginta ad universum adaugeri, ita ut Ca-
tholici, computatis duobus Assessoribus Imperatoris præsentationi
reservatis, viginti sex, Augustanae Confessionis Status viginti quatuor
Assessores præsentare possint ac teneantur atque ex singulis circulis
mixtae Religionis non tantum duos Catholicos sed etiam binos Au-
gustanae Confessionis addictos assumere & eligere fas sit &c. Quod
& novissime per Recept. Imp. de ann. 1654. confirmatum §. 29. de
numerum Assessorum von beyden Religionen betreffend/ las-
sen wir es bey dem Instrumento Pacis. Cumq; & Reformatae Re-
ligioni addicti una dicto Instrumento Pacis includantur, de eorum
præsentatione vid. §. 23. d. Recept. Sed dictus numerus 50. As-
sessorum ad hoc usque horæ momentum adimpleri nondum po-
tuit, propter morositatem quorundam Imperii Statuum, qui suam
Quotam ad sustentationem hujus summi Tribunalis non promptè
contribuunt, cum maximo litigantium detrimento.

TH. 6. Assessores autem non simul omnes constituunt
Subjectum Revisionis, sed quatenus sententiæ, cujus revisio peti-
tur, concipiendæ interfuerunt, aut qui Referentes aut Correferen-
tes fuerunt. Cum enim pro multitudine causarum in tria aut
quatuor Consilia interdum dividantur Assessores, conveniens est,
ut singuli de iis causis in quibus judicarunt, rationes suas decisivas
reddere teneantur, si postmodum revisio petatur *Ord. Cam. p. 3.
tit. 53. §. 5.* darauf sollen. Hinc quoque si quis priorum Assesso-
rum, qui sententiæ concipiendæ interfuit, abierit aut abfuerit, re-
vocandus est *d. tit. §. 1.* ibi: ob auch einer vder mehr der Urtheil-
ler/so bey Verfassung solcher Urtheil gewesen / von dem Cam-
mer=Gericht abgestanden vder sonst abwesend wären / denselben
soll Cammer=Nichter und Besizer angesetzten Tag auch ver-
künden. Quod si tamen haberi non possit aut morbo impeditus
aut etiam fatò præreptus fuerit, revisio propterea non intermit-
setur.

TH. 7. Progredior ad Revisores, qui iidem fere sunt qui
Visita-

Visitatores Camerae, annexae enim sunt Revisiones Visitationibus annuis *Recess. Imp. de ann. 1595. §. 62. in verbis: Dieweil die Erörterung solcher Revisionen der Visitation anhängig ist.* hac tamen distinctione, quod in Visitatione annua semper Princeps quidam Imperii, quem ex Revisoribus ordo tangit, ipse sub poena 5000. florenorum aureorum in persona adesse, aut si adversa valetudine impediatur, certè alium Principem proximum tamen in ordine sibi substituere debeat *Recess. Imp. 1570. §. 102.* Alii verò Status & Principes quos in Visitatione ordo tangit in propria persona adesse non tenentur, sed sub poena 1000. imperialium viros excellentes ac Legatos suos ad Revisionem mittere debent *d. Re-cess. §. eod.*

TH. 8. Revisores itaque hic dicuntur non solum ipsi Imperii Status, quibus ex Ordinatione Imperii Visitatio vel Revisio incumbit, sed etiam qui à Statibus quos ordovisitandi & revidendi tangit mitti plerumque solent Consilarii & Legati. Hinc intricata & in utramque partem multum agitata sistit se quaestio, quam nimirum Revisores Jurisdictionem habeant? Ipsi quidem Imperii Status si in persona compareant, quin habeant ordinariam jurisdictionem nullam habere dubitationem cum Gailio *1. obs. 154. n. 1.* affirmo, tametsi aliquando dubitatum fuit, existimantibus nonnullis, ipsorum jurisdictionem delegatam esse, eò quod ad causas pro tempore incidentes ab Electore Moguntino tanquam Imperii Cancellario deputentur. Quod dubium indetatum est, quia non intellexerunt, quod Revisores ex Ordinatione Imperii acceperint jurisdictionem non circa causas singulas, sed circa causarum universitatem, ut quaecunque causae incidissent, de illis cognoscerent & judicarent, siquidem jurisdictio Revisorum, ejusmodi est, ut in genere pertineat ad causas promiscue omnes, quae in Camera sunt decisae, sive ex capite nullitatis sive iniquitatis impugnentur, etsi exercitium jurisdictionis in causis singulis spectetur. Verum an Legati & Consilarii qui à Statibus quos ordo tangit, mittuntur ordinariam an verò delegatam jurisdictionem habeant, adhuc dubium est: Et quidem delegatam horum esse jurisdictionem non immeritò alicui videri possit, quia missi non utuntur propria aliqua jurisdictione, sed vicaria & non suo

12
suo sed dominorum suorum beneficiō jurisdictionem habent *arg.*
l. 1. §. 1. ff. de off. ejus cui mand. est. jurisd. quam sententiam etiam
pluribus confirmat Bend. *in tract. de Revis. conclus. 4. num. 31. &*
seq. Et verum hoc quidem, si unus esset revisor tantum, qui ju-
isdictionem ordinariam haberet eamq̄ alteri mandaret: Aut si
Revisores omnes quos ordo tangit non singulatim sed conjunctim
ac ut ita dicam in corpore uniti hoc facerent: Quoniam autem
neque unicus est Status, qui visitandi & revidendi munus obit, ne-
que etiam Status omnes, quibus Revisio incumbit, conjunctim
suam jurisdictionem mandant, sed quisque si ipse venire nolit
aut non possit, per se solus non jurisdictionem sed exercitium
jurisdictionis, quam solus non habet per se, sed in universo corpo-
re aut Collegio Revisorum, his quos ablegat, mandat, ideò, quic-
quid in contrarium sentiant alii, motus rationibus Vulteji *in l. 1.*
n. 96. C. de jurisd. omn. jud. & lib. 1. cap. 4. n. 56. de Judiciis, quò
lectorem brevitatis studiō remitto, Consiliarios hosce aut Lega-
tos nullam habere jurisdictionem puto, non ordinariam, quia or-
dinatione vel lege illis data non est: Non etiam delegatam, quia
unus saltem Status delegare non potest jurisdictionem quam per
se solus non habet in Revisione, sed eam quam habet, habet in cor-
pore universo sive Collegio Revisorum. Proinde Jurisdictio Re-
visorum est unica & in toto corpore sive Collegio ordinaria nec
residet in personis singulorum. Hinc Consilarii sive Legati ni-
hil aliud habent quam exercitium ordinariæ jurisdictionis, quam
is qui ipsum misit habet in Collegio: Quod exercitium jurisdic-
tionis ab ipsa jurisdictione aliud est & quasi separatum, sicut &
exercitium imperii meri aliud est ab ipso imperio mero, uti mani-
festò constat ex *l. 1. ff. de off. ej. cui mand. est. jurid.* Collegii itaque
Revisorii semper ordinaria est jurisdictio, sive veniant Status ipsi
quos ordo tangit sive Consiliarios suos mittant, quamvis exerci-
tium ejus eodem modò non semper expediatur.

TH. 9. Repræsentant Revisores non tantum Imperatorem,
sed & universos Imperii Status: Cumq̄ Camera etiam simili mo-
dò concurrente cum Imperatore & Statibus Jurisdictione pol-
leat, paritas autem imperium renuat & par in parem non habeat
potestatem per *l. 4. ff. de rec. arbitr. Nov. 23. c. 4. c. anteriorem.*

2. 9. 6.

13

2. q. 6. c. innotuit. X. de Electione. non sine ratione quaeritur, quomodo Revisores tanquam pares, sententias Judicum Camera-
lium possint corrigere? Respondendum puto, quamvis ut dictum, concurrat Camera cum Imperatore in jurisdictione, hoc tamen singulariter limitatum esse, quoad Visitationem annuam & Judicium Revisorium: In his enim Commissarii Caesarei & Revisores superioritatem ex ipsa lege Imperii sibi vendicant, non obstante quod par in parem non obtineat imperium, siquidem limitationem patitur, ubi alter altero est major in administratione. Sic utique major est Revisorum autoritas in negotio Revisionis quam Judicis & Assessorum Camerae, quia Revisores in id constituti sunt, ut sententias Camerales vel confirment vel retractent, quibus Camera obsequi quoque tenetur *arg. c. sane. c. pastoralis. §. quia verò X. de off. Deleg. conf. Diff. Dn. Præsid. de Imperio Paris in Parem.*

Th. 10. Revisores esse possunt omnes Status Imperii, quos ex Ordinatione & lege Imperii ordo visitandi & revidendi tangit, & non solum comparere possunt in persona, sed etiam per Legatos, excepto illò Principe, quem ordo specialiter tangit, is enim aut ipse in Visitatione adeste, aut certè alii Principi vices suas mandare debet, ut dixi supra.

Th. 11. Non tamen quosvis indistinctè mittere Legatos possunt, sed excellentes & juris peritos ac in revidendis Actis bene versatos, ne fortè vel Camerales vel etiam partes de eorum inhabilitate possint excipere, proinde constitutum *Recess. Imp. de ann. 1559. §. 63.* Solche fürfallende exceptionen gegen den Rächten und Befehlhabern auch den Zweifel aufzuheben / sollen wie ob-
laut die beschriebene Churfürsten / Fürsten und Stände zu den Visitationen / Revisionen oder Syndicat jedesmal ihre treffliche erfahrene / gelehrte und geschworne Rächte abfertigen &c. Hinc generaliter excluduntur omnes, qui naturâ aut lege judices esse prohibentur, aut ratione facti & circumstantiarum recusari possunt. Sic mitti non possunt suspecti aut qui in causa revidenda consuluerunt aut Advocati fuerunt, propter affectionem ergà causam & suspicionem, *l. 14. C. de Judiciis*, Si enim tales sint Revisores, rectè adversus eos excipitur.

Th. 12. Cognitionem autem super oppositis hujusmodi
ex-

exceptionibus habent Commissarii Cæsarei & reliqui à Statibus missi Revisores, & si ex quacunque causa inhabilis Legatus iudicatus fuerit, Principalis vel is qui eum misit in omnes expensas reliquis legitimè comparentibus Revisoribus refundendas condemnatur & hõc casu Revisio quoq; olim in annum sequentem prorogabatur *d. Recess. §. 64.* quod hodiè secus est: Etsi enim Princeps quem ordo tangit Legatos planè non mittat, nihilominus tamen reliqui Revisores in causa procedere possunt secundùm præscriptum modum in *Recess. novissim. de ann. 1654. §. 129.* qui talis est: Ut statim in locum absentis aut non comparentis Status alter, quem post absentem ordo visitandi proximè tangit, à reliquis citetur & numerus Revisorum compleatur, is quoque qui per se vel alium legitimè non comparuit, nihilominus omnes expensas retardatæ causæ unà cum statuta pœna 1000. imperialium talerorum pendat: Siquidem iniquum videbatur propter unius absentiam hoc negotium in alterum annum differre.

TH. 13. Hic quæritur si duobus ad Revisionem deputatis pendente Revisione unus moriatur, an superstes solus admittendus sit? Et communiter quidem ita videtur, quia Ordinatio non determinat, quòd Status unum vel duos mittere debeat; Testantur tamen præjudicia Cameralia aliquoties in contrarium itum esse, nec immeritò, cum hoc casu non unius sed duorum industria conjunctim electa videatur. Hinc quoque duorum deputatorum alterò absente aut emanente alter in iudicio Revisorio admittendus non erit, nisi habeat emanentis votum, posset enim hoc & parti & collegio præjudicium inferre, quod præcavendum est vid. *Decis. seu præjud. Cam. Imp. in verb. Revisio.* Ceterùm quæ concernunt officium Revisorum in hoc iudicio suo loco subjiciam. De Deputatione extraordinaria verò Revisorum ad causas in Camera, multis abhinc annis coacervatas revidendas & de modo procedendi ac divisione Revisorum in quatuor Consilia, & de horum uno ad novas causas revidendas specialiter deputato vid. *Recess. Imp. de ann. 1654. §. 130.*

TH. 14. Quod tandem Litigatores attinet, competit hoc Remedium non solum Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii, sed generaliter unicuique, qui legitimam standi in Camera personam

154
nam habet & sententiâ Camerali se justè gravatum putat, non quidem indistinctè in omnibus causis, sed in iis saltem, in quibus hoc remedium intentare expressè non prohibetur, de quibus capite sequenti. Quemadmodum enim omnibus iis, qui probabiliter se gravatos putant aut gravari metuunt de Jure Civili & Canonico appellatio conceditur *l. 30. C. de appell. & consult. c. omnis oppressus. c. ad Romanam. c. ideo huic. 2. q. 6. c. si quis putaverit. c. quoties. 2. q. 6.* Ita & ex Ordinatione Camerali *p. 3. tit. 53. §. 1.* in verbis: *Sehen ordnen und wollen wir / wo einige Parthey hinfürter vermeinet / daß sie durch Cammer-Richter und Besizer beschweret und unrechtmäßig oder nichtig Urtheil wider sie gesprochen und eröffnet / und dero halben gedächte umb Straf ungerechter oder reformation und Besserung solcher Urtheil anzuhalten / daß derselben Parthey solches zuthun zugelassen seyn soll* &c. hoc remedium extraordinarium locò appellationis in Camera prohibita omnibus gravatis permittitur, sive suò nomine sive alienò condemnati sint, ut puta Tutoribus & Curatoribus pupillorum & adolescentium *arg. l. 1. §. 13. ff. quand. appell. l. 24. pr. l. 27. l. 28. pr. ff. de A. & R.* Ampliatur quoque ad similitudinem appellationis, ut non solum unus, sed & duo pluresve ad hoc remedium confugere possint, nam & si unus Revisionem petierit, hoc & reliquis proderit, bene tamen observatâ distinctione Ulpiani in *l. 10. pr. §. fin. ff. de A. & R.* an scilicet plures separatim ex diversis causis, an conjunctim ex una causa condemnati sint. Priori modò singuli Revisionem petere debent, posteriori unius petitio reliquis litis consortibus quoque proderit *arg. l. 2. & 3. C. si unus ex plur. app. modò sententia ab iis agnita non fuerit.*

TH. 15. Is verò qui Revisionem petit, juramentum Calumniæ præstare tenetur, de quo sub capite V. & si causâ cadit in omnes expensas condemnabitur uti suò locò dicam.

TH. 16. Quæritur an Litigator vel is qui Revisionem petit injuriam faciat Judici & Assessoribus Camerae, eò ipsò quòd ad hoc remedium revivarium confugiat? Negandum puto, si justa ad Revisionem gravamina adsint *arg. l. 20. C. de app. & consult. qui enim jure suo utitur, nemini injuriam inferre censetur l. 13. §. 1.*

C

ff. de

ff. de injur. l. 55. ff. de R. 7. Hinc cum aliquando iniquè contra sententiam suam Revisionem petitam esse putarent Camerales & de hac injuria coràm Revisoribus conquererentur, refert Adr. Gylman. *Symph. Supp. Tom. 5. p. 401.* non attentâ hâc querelâ in Consilio Dominorum Revisorum 29. Maj. ann. 1583. in Causa O. contra B. hoc Decretum emanasse: In Revision-Sachen/ Herrn B. Klägern / wieder O. Beklagten/erkennen der Römischen Keyserlichen Majestât Commissarien und verordnete Revisores, daß Cammer-Richter und Besizer beschehener Einred unverhindert/den ansgeschriebenen und denunciirten Revisionen statt zu geben schuldig / doch ihnen ihre gebührende Exceptiones unbenommen/sondern hiermit vorbehaltende. Sed de his exceptionibus & cæteris similibus suô locô tractabitur.

TH. 17. Adversarius vel is contra quem hoc remedium, adhibetur, est ille, qui in judicio Camerali per sententiam victor exitit. Ergò non statim de victoria sibi gratulari debet qui ex voto sententiam in Camera reportavit, præstò enim est Revisionis remedium, quod & in multis executionem suspendit & sæpe sententiam priorem reformat: Laudabile quidem & juridicum planè beneficium, sed utinam non tam opportunum refractariorum remedium, quò hòc Imperii statû optima sæpe causa protrahitur & tantùm non omnis justitia eluditur.

TH. 18. Cæterùm in Revisione Actoris vicem sustinet, qui Revisionem petit, Rei contra quem petitur. Sed cum naturalis causæ origo potior esse debeat quàm accidentalis, qualis est Revisio, dicendum videtur, manere Actorem qui fuit in causa principali & vice versâ Reum *arg. l. 3. pr. ff. de Tutelis.*

TH. 19. Hic verò qui in Camera per sententiam victor exitit, etiamsi in judicio Revisorio succumbat, ab expensis tamen super puncto Revisorio factis absolvendus est, per ea quæ latè tractat Lud. Bend. *conclus. 9. n. 16. & seq.*

CAP. IV.

De

Objecto, seu Materia circa quam.

TH. I.

15

Objectum vel formaliter vel materialiter considerari potest :
 Ad illud refero ipsam sententiam Cameralem, sine dolo quidem, culpâ tamen vel errore latam. Culpa autem in propria sua significatione denotat factum hominis, quod justitiæ normæ non est conveniens : atque hoc sensû non malè à Doctoribus duplex statuitur culpa, malitiæ una, altera imprudentiæ seu negligentiam. Jacob Gothofred. *ad l. 23. ff. de R. J.* Illa nihil est aliud quàm dolus, qui & ipse sæpe culpæ nomine venit *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil. l. 38. ff. solut. matrim. l. 11. §. 3. ff. ad L. Jul. de adult. l. 203. ff. de R. J.* Verùm de isto est mihi nulla hîc consideratio, sed de sola culpa, quæ & aliàs à fraude & dolo separatur *l. 63. ff. de R. V.* Interveniente enim dolô, fraude ac barratariâ præter hoc remedium & Syndicatus competit. *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. 10.*

TH. 2. Culpa imprudentiæ, quæ hujus est loci, nihil est aliud quàm factum judicum Cameralium negligentiam sive imprudentiam damnum producens, quod aliàs humanitùs diligenti prudentique consilio & curâ evitari potuisset, unde imprudentia, desidia, incuria & in advertentia dici potest, quanquam hæc vocabula ex usu inter se aliquo modô differant. Et hæc negligentia tam supina aliquando esse potest, ut prope dolum & fraudem accedat *l. 7. §. 1. ff. de suspect. tut.* dolus tamen propriè non est, is enim est dolus ubi sciens judex peccat, qui regulariter in Syndicatu coërceatur.

TH. 3. Hæc culpa duplex est & consistit tum in omittendo tum committendo vel in faciendo & non faciendo *l. 91. §. 1. ff. de V. O.* Utraque versatur vel circa Leges vel circa consuetudines. Circa Leges Judices Camerales peccant & quidem committendo, si per incuriam, negligentiam & in advertentiam aliter judicant quàm legibus proditum est *auth. jubemus. C. de judic. Nov. 126. c. 1.* vel si jus novum statuunt : Novum jus autem dicitur, quodcunque contra jus commune, Cæsareum, Canonicum, Civile & Feudale, quatenus recepta sunt, Recessus Imperii & consuetudines statutum est. Omittendo peccant, si quæ circa processum & causarum cognitionem omittenda non sunt, per negligentiam, omittant : quanquam aliàs quæ jure positivô ad formandum Pro-



cessum faciunt, negligi aliquando & sic processum abbreviari posse, præsertim in summis Curiiis, non negem, siquidem in Consistoriis Principum & summis tribunalibus tam scrupulosè omnia non exigere vel ad amissim rigidè observari debent, uti nec in Camera Imperiali nullitates processus considerantur, si de meritis causæ aliunde constet, Vantius *de nullit. tit. quib. mod. sent. null. def. poss. n. 129.* Mynsing. *4. obs. 62.* Heig. *p. 1. q. 10. n. 40.* Gailius *1. obs. 42. n. 1.* Grev. *conclus. 42.*

TH. 4. Circa consuetudines quoque à Judice & Assessores Camera culpa committi potest, siquidem non tantum Leges sed & laudabiles cujusque loci consuetudines attendi debent: Effectus enim consuetudinis, sive per eam jus novum inducatur, sive veteri derogetur, est, ut instar legis efficaciter obliget: Itaque præter modum ferendi à lege scripta nihil prorsus differt Franzk. *ad tit. de leg. n. 123.* Inde consuetudines omnes, quæ rationi & naturali Juri non adverfantur in judiciis observandæ sunt, adeò ut judices contra receptas locorum consuetudines, statuta Civitatis & Ordinationes provinciales judicantes, litem perinde suam faciant ac si contra jus commune pronunciaissent, *auth. jubemus. C. de judic. Gail. 1. obs. 36. per tot. maximè num. 12. & seq. Ordin. Cam. p. 1. tit. 13. in pr.* Atque hinc Judex Camera Imperialis & Assessores cum recipiuntur, jurare coguntur, quòd velint judicare secundum Constitutiones Imperii & laudabiles locorum consuetudines. *Ordin. Cam. p. 1. tit. 57.*

TH. 5. Cæterum quæ dixi de culpa judicum circa sententiam, concernunt saltem Objectum Formale hujus remedii, quatenus scilicet culpa aut error judicantium eò corrigendus venit. At Materia circa quam hoc remedium verfatur, sunt omnes illæ causæ, in quibus expressè non est prohibitum, ad hoc remedium, refugere. In quibus verò sit prohibitum scire operæ pretium est, sic enim & cognoscemus illas causas in quibus est permissum *arg. pr. Inst. de his qui sunt. su. vel al. jur.*

TH. 6. De hac materia extant duo notabiles textus in *Recess. Imp. de ann. 1654.* Unus in §. 125. his verbis: In fällen da die Appellationes vermöge gemeiner Rechten nicht zulässig/ sollen auch die Revisiones nicht statt finden, Alter verò in §. 127. ita:

zu Abfürzung der vielfältigen Revisionen sollen gleich wie eine gewisse Summa Appellabilis also auch Revisibilis &c. & mox: auch in den Sachen und Fällen/da von dem Unter-Richter an unser Cammer-Gerichte nicht appelliret werden kan / auch von demselben Cammer-Gerichte/da sie daselbst in gestalt simplicis querelæ angebracht/ keine Revisio statt haben.

Th. 7. Prior textus minus eget explicatione: alter vero non x̄p̄. Quoad priorem, tyronibus ferè notam esse puto, in quibus causis appellationes jure communi Justiniano admittantur nec ne. Ideò ad intellectum dicti textus perfunctoriè saltem, non nullas causas, in quibus appellatio non admittitur, & ita nec Remedium revisorium locum habet, enumerabo.

Th. 8. Appellatio jure communi non admittitur (1) in criminibus notoriis, si quis homicidarum, veneficorum, maleficorum itemque eorum qui manifestam violentiam commiserunt argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propriâ vitium scelusque confessus sit, secus vero si aut minimè voce suâ confessus sit aut formidine tormentorum contra se aliquid dixerit. *l. 2. C. quor. appell. non recip.* (2) In causa falsæ monetæ, nisi reus miles sit aut in gradum promotus. *l. 1. C. de fals. monet.* (3) In crimine Raptus. *l. 1. C. de Rapt. Virg.* (4) In causis tributorum fiscalium & collectarum, si debitores manifestè & apertè convicti sunt. *l. 4. l. fin. C. quor. appell. non recip.* (5) Non appellatur ab executione nisi executor modum excedat. *l. 5. C. eod.* (6) nec à sententia super possessorio momentaneo lata. *l. un. C. si à moment. poss. fuer. app.* (7) non appellatur à sententia quæ nulla est. *l. 1. C. quand. provoc. non est nec.* (8) Non ab actu quem quis ante probavit: *l. 3. C. quom. & quand. jud. sent.* & aliis multis casibus appellatio non admittitur, quos hîc referre ab instituto meo alienum est, vide eos apud Robertum Marantam *in spec. aur. part. 6. de appell. à num. 292. usque ad 367.*

Th. 9. Hæc pertinent ad explicationem prioris textus: Ceterum alter *in d. §. 127.* difficilis & primo aspectu obscurus videtur & proinde diligentior emendationem meretur.

Th. 10. Primum verò ex dicto textu notanda est Summa Revisibilis, quæ consistit in duobus millibus Imperialium sine



20.
imputatione interesse & usuræ. Quoties ergò causæ hanc Summam non excedunt, irrevisibiles habentur, nec locum inveniet hoc remedium. Quemadmodum enim Jure Civili à re modici præjudicii & nullius momenti per *autb. nisi breviores. C. de Sent. ex peric. recitand.* appellatio prohibetur, ita, ne ex levi causa multis Revisionibus fenestra aperiatur, certa summa statuta est, quam ni excedat causa, irrevisibilis pronunciatur, sicuti & in appellatione ad Cameram certa Summa statuta est, quæ Appellabilis vocatur & consistit hodiè in 400. Imperialibus per *Recess. noviss. de an. 1654. §. 112.*

TH. II. Secundò ait textus in *d. §.* auch in den Sachen und Fällen/da von dem Unterrichter an unser CammerGerichte nicht appelliret werden kan/soll von demselben CammerGericht/da sie daselbst in gestalt simplicis querelæ anbracht/keine Revisio statt haben: Ubi primum scire refert, quæ sint causæ & casus illi, in quibus ab inferiore Judice ad Cameram appellare non licet. Secundò bene notandum, etsi in his causis & casibus non possit appellari ad Cameram, quòd tamen ad eam provocari possit per viam simplicis querelæ, quæ ab appellatione multùm differt, hâc tamen perpetuâ observatione, quod in hujusmodi causis per simplicem querelam devolutis Revisio æquè locum non habeat.

TH. 12. Quoad *primum* ab inferiore Judice appellationes ad Cameram non recipiuntur & per consequentiam nec remedium revisorium locum habet vel ratione Personarum, vel ratione Causarum. Ratione *Personarum* ad Cameram appellationes non recipiuntur ab iis, qui 1. appellandi beneficio voluntariè renunciarunt *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §.* und dieweil. 2. Qui judicis inferioris privilegiò prohibentur *Ordin. Cam. ibid.* Sic ab Electore & Ducibus Saxonix appellare prohibitum. 3. Qui non habent legitimam appellandi causam, qui non solùm in expensas condemnantur, sed insuper aliis pœnis quoque subjiciuntur. *Ordin. C. ibid.*

TH. 13. Ratione *Causarum* appellationes in Camera non recipiuntur (1) In causis sive factis criminalibus, quibus pœna corporis infligenda est *Recess. Imp. de an. 1530. §.* als izt etliche Zeit
Myns.

21
Mynf. *obs. 41. cent. 4.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 27. & 28.* hac tamen limitatione, quòd appellationi à multa, quæ in locum pœnæ corporalis ex commutatione per gratiam facta non successit & quæ summæ appellabili conveniens est, in Camera locus sit, Mynf. *d. obs. 41. cent. 4.* Limitatur porrò, quoad causas fractæ pacis, Delicta Fiscalia, si crimen intentetur personæ Camerali, si causa criminalis ex capite Nullitatis principaliter deductæ, ad Cameram devolvatur. Rhoding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 29.* (2) non recipiuntur appellationes in casu *articuli 12. P. S. D.* quò B. Lect. brevitas studio remitto. (3) In Causis Matrimonialibus, siquidem hæ, sive sint simplicis querelæ, sive appellationis, è judicio Camerali prorsus exterminatæ sunt per *Recess. Imp. de ann. 1570. §. wann auch der Keyserl.* nisi forsan ratione nullitatis principaliter deductæ ad Cameram devolvantur. (4) In Causa possessorii momentanei, fecus in causa plenarii. Mynf. *obs. 13. cent. 6.* (5) In causis Decimarum in judicio petitorio. Mynf. *obs. 10. cent. 5.* Gail. *1. obs. 8. n. 2.* Vide præterea nonnullos alios casus apud Rhoding. *in Pand. Cam. lib. 1. tit. 29.*

TH. 14. Declaratur porrò & quoad *Secundum*, quòd hujusmodi causæ, in quibus appellatio ad Cameram non admittitur per viam simplicis querelæ aut simplicem provocationem ad Cameram devolvi quidem possint, remedium autem revisorium, in iis locum non habeat per text. expressum in *d. §. n. 27.* Simplex verò provocatio ad Cameram est, quando causa ab inferiore judice omissis appellationis solennibus defertur & fit plerunque per querelam nullitatis principaliter deductæ, sicuti per hanc viam nullitatis principaliter & seorsim deductæ etiam causæ Matrimoniales, alioquin in Camera prohibitæ à judicibus inferioribus ad Cameram devolvuntur. Frider. Mindan. *de process. lib. 1. c. 10.* Per hanc, inquam, viam nullitatis etiam causæ criminales ad Cameram devolvuntur. *Recess. de ann. 1530. §. item als etliche Zeit.* Mynf. *obs. 41. & 42. cent. 4.* Gail. *1. obs. 1. n. 27.*

TH. 15. Nullitates verò, ex quibus Jurisdictio Cameræ in causis criminalibus fundatur, sunt, si contra accusatum absentem non legitimè citatum, vel inauditum, vel à non competente judice, vel contra rationem naturalem, vel non observatò legitimò pro-

22
processu, judicatum fuerit. *Mynf. obs. 42. cent. 4. Gail. d. obs.* Et Nullitatis quæstione in causis criminalibus in judicio Camerali decisâ, principale negotium ad judicem ordinarium remittitur. *Ordin. Cam. p. 2. tit. 28. §. item nach dem auch.* Sed in hisce causis omnibus remedium Revisorium, ut modò dixi, nullò modò locum habere potest.

TH. 16. Præter enumeratas causas hoc remedium obtinet in omnibus aliis causis in quibus & Summa Revisibilis & jurisdictio tam ratione Personarum quam Causarum rectè fundata est, sive in prima sive secunda instantia, vel per viam Simplicis Querele vel provocationis solennis ad Camera devolutæ sint: & tam latè hoc remedium patet, quàm ipsæ causæ se extendunt, in quibus Jurisdictio Camerae fundata nec Revisio specialiter prohibita est, quas enumerare singulas non erat disputationem sed longum commentarium scribere, vide de hac materia Rhoding. *Pand. Cam. lib. 1.*

TH. 17. Ceterùm in his Causis non aliter ritè adhibetur hoc remedium, quàm si sententia dicta fuerit definitiva: Nam jure Civili ab interlocutoria haud rectè appellari docent *l. 1. §. 2. ff. l. 6. §. 3. l. 21. l. 36. C. de appell. & consult. l. fin. C. de sentent. & interloc. l. 2. C. de Episc. audient.* & rationem dat ipse Justinianus in *d. l. 36. C. d. t.* nimirum ejusmodi appellationes temerarias & inutiles planè videri, cum gravamen, si quod per ejusmodi sententias illatum sit, postea per definitivam reparari ac restaurari possit, quod etiam in Camera Imperiali observatur. *Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. fin. & tit. 29. §. 3. item p. 3. tit. 31. §. 10.*

TH. 18. Jure Canonico verò etiam ab interlocutoria appellare licet *c. 5. vers. denique c. 59. X. de appell.* In terris quoq; Saxonis licet ab Interlocutoria appellare: *Carpzov. p. 1. c. 12. d. 10. num. 4.* exceptis judiciis Curialibus in quibus ab interlocutoria appellatio non admittitur. *Ober-Hof-Gerichts-Ordnung zu Leipzig tit. wann und wie Reuterung und Appell. §. um den Verzug.*

TH. 19. Declaratur, quod dixi ab interlocutoria non appellari & revisionem peti non posse, ut intelligatur verum de mera interlocutoria principale negotium non concernente, sed incidens aliquod

23
Et aliquod negotium, ut puta super libello offerendo, corrigendo, super dilatione danda &c. Et hæc interlocutoria ex effectibus cognosci debet, mera sit nec ne, non ex verbis iudicis, quamvis expressè dicat, per hanc nostram definitivam sententiam, dum tamen interlocutoria sit Decian. *respons. 62. num. 2.* Robertus Lancelot. *tract. Appell. cap. 12. lib. 1. n. 6. & 7.*

TH. 20. Limitatur igitur primò, ut remedium Revisorium locum habeat in interlocutoria, cujus gravamen irreparabile est in principali causa: *arg. l. 2. ff. de recip. appell. vel non.* Perezus in *C. tit. de App. n. 18.* Menochius *de arbitr. judic. cas. 490. num. 3.* Decian. *resp. 62. n. 21. vol. 5.* quod multis & variis extensionibus vel potius exemplis exornat Greg. Tholos. *tract. App. c. 4. lib. 2.* & extenditur hæc limitatio, ut revisio ab interlocutoria detur, quamvis in definitiva gravamen illud per interlocutoriam illatum reparari quidem possit, periculum tamen subsit ne depereat materia, ut ita loquar reparandi, quemadmodum in appellatione sic iudicatum fuisse refert Lud. Perus. *dec. 38.* quod ex rationis paritate de Revisione quoque videtur statuendum.

TH. 21. Limitatur secundò ut remedium hoc locum habeat ab interlocutoria habente vim definitivæ: Græv. *conclus. 130.* scilicet si non speretur alia sententia, quæ causam perimit & per quam finitur officium iudicis: *l. 9. C. de Sentent. & interloc.* aut si definiat articulum substantialem ex quo victoria causæ dependet, qualis sententia perhibetur ab impositione perpetui silentii in iudicio *L. Diffamari*, quò casu remedium revisorium æquè ac appellatio locum habet, uti firmat Gailius *1. obs. 132. n. 5.* & ex professo confirmat Ludov. Bend. *tract. Revis. conclus. 32. per tot.*

TH. 22. Sententiæ in possessorio summarissimo latæ an Revisio peti possit, dubium est: Affirmat quidem Menochius *conf. 406. num. 29.* & latè Valascus *Hisp. rer. jud. quest. 51. to. 1.* Contrarium tamen de nostro Jure obtinere puto, ob textum in *Recess. Imp. de an. 1654. §. 125. ibi In Fällen da die Appellationes vermöge gemeiner Rechte nicht zulässig/ sollen auch die Revisiones nicht statt finden.*

TH. 23. An autem in Compromissis & arbitris revisioni locus sit, quæstio est; Et sciendum ante omnia, quòd non quæ-

D

vis

24.
vis compromissa indistinctè in Camera recipiantur *Recess. Imp. Ratisbonæ de ann. 1594. §.* als auch der Compromiss. *in verbis:* Sehen wollen und ordnen hierumb / daß nicht alle Compromissa oder arbitria, wie sie auch geschaffen wären / an unsern Cammer=Gericht zugelassen / sondern allein diejenigen so sich zwischen den Ständen die dem Reich immediate unterworfen und vermöge der Reichs=Ordnung die Austräge haben / dann auch den Personen welche ihrer Eigenschafft nach in erster Instantz ans Cammer=Gericht gehörig / zutragen / daselbst auf und angenommen werden sollen. *Cæterum in compromissis quæ in Camera locum habent, hoc remedium non conceditur, nisi partes de læsione enormissima conquerantur, de qua liquidò & manifestè ex actis constet adeoq̃ pravum sit arbitrium ut manifesta ejus iniquitas appareat d. Recess. §.* so wollen und ordnen.

TH. 24. Porro de actione fractæ pacis & purgationis, cum utraque criminalis sit & utroque casû ad Banni declarationem, procedatur, *Gail. 2. de P.P. c. 8. n. ult.* dubitari potest, utrum Revisio à sententia condemnatoria in Camera lata peti possit? Et videtur quòd non, cum, uti dictum, utraq; sit criminalis: Verùm respondeo, licet utraque actio criminalis sit, tamen à reliquis actionibus criminalibus multum differt, quemadmodum id ostendit *Gail. 1. de P.P. c. 9.* quare ab his ad illam non semper argumentari licet, siquidem etiam de Jure Communi Bannitus appellare potest. *Umm. disp. 1. n. 25. in fin.* Ergò etiam in Camera Revisionem petere, quia ubi Appellatio permessa, nec Revisio prohibita est. Imò in causis fractæ pacis à sententia Banni condemnatoria, cum definitiva sit, revisionem petendam, aliàs in rem judicatam transire, tradit *Gail. 2. de P.P. c. 5. num. 5.*

TH. 25. Sententia, quâ decernitur Commissio ad perpetuam rei memoriam in Camera Imperiali, an habeat vim definitivæ & revisio ejus peti possit, proponit *Rutg. Ruland. de Commissar. lib. 2. cap. 20. n. 6. & seq.* & videtur quòd sic, etiamsi saltem interlocutoria irreparabilis gravaminis sit. Plures sententiarum species vim definitivæ habentium adduxit *Tiber. Decian. resp. 62. per tot. vol. 5. Valascus cons. 47.* Latissime verò species infinitas accumulavit *Cornel. Brederod. tr. appell. p. 1. tit. 20. col. 433. & multis seqq. usque ad col. 450.*

TH. 26.

TH. 26. Ampliatur ut & bina revisio ab interlocutoriis vim definitivæ habentibus peti queat, ab utraque scilicet parte, una, super eadem quidem causa, alio tamen diversoq; incidenti casu. *Græv. conclus. 150. confid. 1.*

TH. 27. Hic quæri potest, an etiam à sententiis Revisorum appellare liceat ad Cæsaream Majestatem & Status Imperii? Negatur per ea quæ habet *Gailius 1. obs. ult. n. 6* & *Bend. conclus. 38. per tot.* quemadmodum nec à Cæsare malè informato ad melius informandum appellare licet.

TH. 28. Pro complemento hujus capituli notandum, erroneum esse & in Revisioe imperiali non obtinere quod tradit *Valascus consult. 51. n. 51.* nimirum, quòd ubi appellatio ab interlocutoria vim definitivæ habente statutò esset interdicta, nec revisorium remedium locum haberet. Nam præterquam quòd hujusmodi Statutò Superiori præjudicium infertur, appellatio quoq; quæ species defensionis sicq; juris naturalis est, ita planè tolli non potest, ut non aliud adminiculū relinquatur. Inde hujusmodi statutum improbatum per expressum textum in *Ord. Cam. tit. 28. §. und dieweil bissher.* Alia autem planè ratio est in privilegio de non appellando, quò Elector Saxonix & Brandenburgicus inter alios maximè eminent, quod etiam haud obscurè innuunt verba in *d. §. ibi: oder aber daß er vermöge eines rechtmäßigen Privilegien seiner Obrigkeit oder Richter auch sonst von Rechts wegen nicht appelliren könnte oder möchte ic.* Et de hoc Ducum Saxonix privilegio vide *Knichen. de Saxon. non. prov. Jure. Carpz. p. 1. Const. 20. def. 23.* quò lectorem brevitatis causâ remitto, hanc tamen observatione, etsi à sententiis Electoris & Ducum Saxonix provocare non liceat ad Cameram Imperialem, quòd tamen Querela super denegata justitia per id prohibita non sit. *Gail. 1. obs. 135. num. 4. Carpz. d. Const. def. 24.*

C A P. V. De Forma.

TH. I.

Petendæ Revisioni per Ordinationem Cameralem & Recessus
D 2 Im-

Imp.
bis:
mis-
am-
wi-
und
auch
antz
nge-
Ca-
artes
nife-
ejus
cum
em,
Re-
t vi-
re-
tio-
ndit
en-
re
tio-
ita,
to-
ica-
etu-
ivæ
Tar.
in-
n.
62.
tas
&
26.



26.
Imperii certa Forma præscripta est, quam victus sententiâ Camerali, Revisionem petiturus specificè observare debet, aliàs eâ omisâ aut neglectâ hoc remedium nihil proderit.

TH. 2. Formam in genere vel Essentialem vel Accidentalem esse, ex Philosophicis notum est. *Essentialem* hîc eam dicimus quâ non servatâ & ipsum actum corruere certum est, quia tempore legis vel statuti elapsô moræ purgatio non admittitur, sed quasi tacita quædam renunciatio inducitur *l. 1. ff. de decret ab ord. faciend. Accidentalem* voco, quæ præcisè observari non debet, sed coincidit & aliquando omitti potest.

TH. 3. *Prior* observanda est, tum quatenus hoc remedium adhibemus, petimus, & causæ applicamus, tum quoque quatenus ei rursus renunciamus: Ad Petitionem & Applicationem refero *I. Modum Constituendi. II. Modum Procedendi.*

TH. 4. MODUS CONSTITUENDI consistit in necessariis præparatoriis, quæ sunt de forma actus & omitti nequeunt. Sunt verò sequentia: I. *Supplicatio* pro impetranda revisione, quæ Electori Moguntino tanquam Imperii Cancellario hodiè per *Recess. Imp. de ann. 1654. § 125.* intra quadrimestre à die latæ sententiæ in scriptis transmittenda est. Quod si verò Moguntinus ipse in sua causa aut alius adversus eum Revisionem petat, hæc supplicatio dirigenda est ad Electorem Trevirensensem, ut is interea Revisionem denunciât & vices Moguntini sustineat *Recess. Imp. de an. 1594. §. als uns auch: ibi: ordnen und wollen auch hiermit/ da erzehlt er seinen Liebden/ oder dero Nachkommen Erzbischoffe zu Meyntz eine Revision in deren und dero Erzstifts-Sachen zubegehren hätte/ daß solch Ausschreiben bey unsern auch lieben Neven und Churfürsten/ dem Erzbischoff zu Trier gesucht werde &c.* Et hanc formulam supplicandi pro Revisione vide apud Christ. Schvvanm. *lib. 1. Proc. Cam. c. 75.* Contenta hæc sunt: Supplicans narrat primùm, se tali vel tali sententiâ Camerali gravatum esse, ideoque beneficiô Revisionis uti coactum. Deinde Moguntinum implorat, ut interpositam Revisionem Cæsareæ Majestati & futuris Revisoribus indicare eamque Judicio Camerali quamprimùm notificare velit.

Recess. Imp. de ann. 1654. § 125.

27
lit. Cui implorationi Moguntinus indistinctè deferre tenetur, nec ad eum spectat cognitio, utrum benè an malè Revisio interposita sit. Supplicanti verò datur ex Cancellaria Moguntina Documentum factæ intimationis, quod dicitur vulgò *Notification-Zeddul*.

TH. 5. II. *Insinuatio acceptata Revisionis*: Dictam enim schedulam, *Notification-Zeddul*/revisionem petens itidem intra dictum quadrimestre per Procuratorem extraneum, (siquidem Procuratores Camerae jurati ob respectum quem debent iudicio Camerali hodiè non audent ei Revisionem notificare,) Camerae insinuari curet, & quidem judicialiter in ordine Novarum. Formula autem insinuandi per Procuratorem mutatis mutandis talis esse potest: Auf empfangenen Befehl des Durchl. Fürsten und Herrns / Herrn N. N. erscheine wegen Sr. Hoch-Fürstlichen Durchl. Kraft Original Gewalts / und demnach Ihr. Hoch-Fürstl. Durchl. durch die am 21. Martii jüngsthin alhier ausgesprochenen Urtheil zum höchsten beschwert / dannenher Revisionem zusuchen benöthiget; Als repetire zu dem Ende Churfürstl. Maynzhisches für etlichen Tagen zu diesem Hochlöbl. Cammer-Gerichte eingeschicktes Notification Schreiben acceptata revisionis samt darin verschlossenen Urtheil sub lit. A. so dann specialen Gewalt Advocati Causæ ad præstandum juramentum reviforium, allenthalben untersehter respectivè Hand und Siegel recognitionem bittend: Dann ferner locò gravaminum repetire narrata J. S. Durchl. an Chur-Maynz sub 16. Jun. jüngst abgelassenes Schreibens: Falls auch Ihr. Fürstl. Durchl. zu gleichmäßiger præstation juramenti von Nichts wegen gehalten seyn sollte / bin ich auch in Dero Nahmen Gewalt einzubringen / und das Juramentum abzulegen erbiethig ic. Quod si Revisionem petens hoc fatale neglexerit, causâ cadet. *Recess. Imp. de ann. 1654. S. 125.* quia jura vigilantibus scripta sunt *per vulgaria*, & contemtor legis beneficiò non dignus est. *Gail 1. obs. 155. num. 2.* Quod ampliatur, etiamsi adversa pars præscriptam formam non observatam pro observata haberi consentiat, siquidem defectus formæ aut legis ex consensu adversarii non potest suppleri. *Græv. conclus. 155.* Ampliatur porrò, ut nec Princeps super omissa ejus-

modi petendæ revisionis forma dispensare possit, *arg. l. 3. in verb. neque per oblationem precum neque per sacrum rescriptum super reparatione temporum indulgendum, sed omnibus incumbendum, esse vigilantia diligentia, quò provocaciones eorum intra statuta tempora introducantur. C. de temp. & repar. appell.*

TH. 6. III. *Officium Electoris Moguntini*, aut si ipse petat vel contra eum petatur *Revisio, Trevirensis*: Hac enim insinuatione factâ, alteruter horum Imperatoriæ Majestati, Electoribus, Principibus, Prælatibus, Comitibus & Civitatibus Imperii, quos eo in anno Visitationis ordo tangit, literis suis significabit Revisionem, petetque ut Cæsareis Commissariis suos quisque peritos, egregios & rerum usû præstantes Consiliarios adjungat, statutoq; tempore ad iudicium revisorium mittat, qui cum deputatis à Cæsarea Majestate Commissariis omnia & singula causæ reformandæ acta diligenter revideant, & quod juri ac æquitati consentaneum videbitur, decernant. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53.* Si verò Elector Moguntinus aut Trevirensis revisionem Imperatori & Statibus non notificat & hoc sit sine culpâ revisionem petentis, revisio causæ non præscribitur, sed manet in suo vigore usque ad proximam visitationem. Similiter si revisio quidem denunciata ad diem, verò in denunciatione ab Archiepiscopo præfinitum ob absentiam Commissariorum, aut quod illi Acta non reviderint, non procedat, hoc Revisionem petenti non nocebit, si culpâ ejus non contigit, sed hoc remedium ipsi integrum servabitur: secus tamen est, si fiat impetrantis culpâ, quò casu sententia statim sine omni ulteriori impedimento per Cameram executioni mandari solet. *d. tit. 53. §. ob auch die Revision.*

TH. 7. IV. *Depositum certæ summæ pecuniariæ*, quantam Revisores habitâ ratione personarum causarumque arbitrabuntur, quæ Fisco Imperiali si Revisionem petens succumbit, deditur *Ordin. Cam. d. tit. §. 2. Recess. Imp. de ann. 1654. §. 126.* in verbis: *Su sollen die Acta, so man zur Revision zubringen vermeinet/ nicht allein von den Revisorn nach Beschaffenheit der Sachen taxiret/ uund die Sportulæ von dem jenigen/der sich der Revision gebrauchen will/alsbald würcklich ad Archivum hinterlegt werden &c.* ex quo patet, statim ipsam Summam post modo-

de-

29

derationem à Revisoribus factam, deponendam esse, adeò ut dubitem, an cautio pro hac summa admittenda sit, licet Gailius *obs.* 154. eam sufficere putet, siquidem dictus *Recessus* multò recentior est. Quæritur autem, si quis ob paupertatem istam pecuniæ summam deponere non possit, an propterea beneficiò revisionis privandus sit? Quod minimè puto, quia justitia cum constans & perpetua voluntas sit, Jus suum cuique sine personarum discrimine pauperi æquè ac diviti tribuens, hanc exclusionem pauperis minimè patitur: Præstitò itaque juramentò paupertatis aut instrumentò super eâ productò quod fidem publicam habeat, pauperem admittendum esse arbitror. Quod si tamen pauperem injustè ad Revisionem provocasse causæ eventus postmodum doceat, pœnam pecuniariam in corporalem commutari posse non negem, siquidem regulariter qui non habet in ære, luere debet in corpore, per textum in *l. 7. §. 4. ff. de jurisd. om. jud. & in l. 1. §. fin. ff. de pœn. & in l. 4. C. de serv. fugit. l. fin. ff. si quis in jus voc. & in l. fin. §. fin. C. de sepulch. viol.* quod tamen quoque in quibusdam casibus fallit, quos notat Baldus in dicta *l. fin. ff. si quis in jus voc.*

TH. 8. Sequitur nunc MODUS PROCEDENDI circa Revisionem, qui alius est à parte *Litigatorum*, alius à parte *Revisorum*, alius à parte *Judicis & Assessorum Camera*. Modus procedendi à parte *Litigatorum* consistit tum in Juramento Revisorio, tum in Gravaminum Deductione.

TH. 9. Quod juramentum Revisorium attinet, illud præstare tenetur pars revisionem petens & ejus quoque Advocatus *d. Recess. 1654. §. 125* in verbis: *Es wol die Partey als der Advocat entweder selbstem oder vermittelst ihres bestellten Anwalds Juramentum Revisorium abzulegen schuldig un̄ verbunden seyn / und so eines und das andere in angesetzten Termino der vier Monat unterlassen und deme nicht folge geleistet würde / die vermeinte Revision als nicht gesucht oder vor nichtig gehalten ic̄.* An autem præstari debeat hoc juramentum etiam non petente parte adversâ dubium est: Sanè textus in *Recess. Imp. de an. 1600. §. 158.* adversâ demùm parte petente præstandum esse, innuit in verbis: *Sehen ordnen und wollen darauf / das eine iede Partey /*

then / welche Revision suchen will / parte adversâ petente schuldig
 seyn soll Juramentum Calumniæ entweder in Person oder durch
 ihren hierzu gnugsam gevollmächtigten Anwalt vor unserm
 Cammer-Richter / Præsidenten und Beysitzern zuleisten. Et
 notum aliàs ex Jure Canonico, quòd Juramentum Calumniæ non
 fit regulariter de substantia processus, uti docet textus in *c. 1. de
 Jur. Cal. in 6. ibi: propter omissum quoque tacitè in tota causa
 calumnia juramentum judicialis Processus aliàs factus legitimè non
 est nullus neque etiam annullandus*: quamvis contrarium de jure
 Civili Azonem velle referat. *Gloss. in l. 2. §. sed quia veremur. C.
 de jurejur. propt. cal. fact.* quæ controversia hâc conciliatione
 expediri potest, ut de forma quidem processus sit nec omitti pos-
 sit, si petatur à parte: Quod si non petatur, dicendum ejus omis-
 sione processum non vitiari aut annullari, quam sententiam etiam
 tenent Franciscus Vivius Neapol. *Decis. 109. num. 1.* Sebast. Van-
 tius *de null. sent. ex def. proc. num. 29.* & convenit quoque *Ordi-
 nat. Cameral. p. 1. tit. 25.* ubi itidem Juramentum calumniæ al-
 terâ demum parte petente præstatur & *Recess. Spira. 1600. §. als
 auch unserer und der Stände.* Verùm de hoc Juramento Revi-
 sorio aliud dicendum, siquidem id à parte Revisionem petente
 semper & necessariò præstandum esse puto, etiamsi adversa pars
 id non petat, verba enim in *dicto Recessu noviss. §. 125.* parti Revi-
 sionem petenti hoc Juramentum purè exclusâ omni restrictione,
 simpliciter & necessariò sub pœna desertionis imponunt, nullâ
 prorsus factâ mentione petitionis adversæ partis, quæ verba cum
 pura sint, purè quoque accipienda sunt, & lege non distinguente
 nec nostrum erit distinguere. *arg. l. 8. ff. de Publician. in rem. Act.*
 Hinc fluit, quòd famosissima illa cautela processum annullandi,
 quam secutus Jasonem & Ferrarium tradit Francisc. Vivius. Nea-
 pol. *Decis. 109. num. 2.* non solum in judicio Revisorio, ubi, ut dixi,
 etiam non petente parte hoc juramentum necessariò præstandum
 est, sed etiam aliàs in Judicio Camerali locum non habeat, siqui-
 dem hodie Juramentum Calumniæ vivâ voce in Camera exigen-
 dum est *Recess. deput. Spira 1600. §. als auch unserer und der
 Stände.* nec incidenter ac in fine producti, uti elusoria hæc &
 Christianò homine indigna cautela requirit, peti potest.

TH. 10.

TH. 10. Cæterum Pars vel advocatus juramentum Revisorium per Procuratorem præstiturus, eum speciali mandatò instruere debet: *c. nullam. 3. de jur. Cal. in 6.* neque enim mandatum cum clausula *libera* hòc casù sufficiet, per rationes Fernandi Vasquii *in recentiss. controvers. cap. 25. n. 17.*

TH. 11. Quod concernit *Deductionem Gravaminum*, ea unicâ lege per ordinationem Cameralem astricta est: Ut nimirum pars utraque, si velit, gravamina sua singulis scriptis deducta proponat: Sed nec novi quicquam proferat, nec ultrâ scriptum unicum procedat. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. S. erstlich soll.* Inde patet, quòd in Judicio Revisorio beneficium *L. per banc. C. de tempor. & repar. appell.* scilicet *non deducta deducam & non probata probabo*, locum non habeat, siquidem ex iisdem actis judicandum est. *Gail. 1. obs. 154. n. 2.* ubi inquit: *Revidere est ex iisdem actis judicare, aliàs si addere liceret, non esset revisio, sed potius additio & novatio Actorum, super qua Judex & Assessores Camera non essent auditi, neque super iis quicquam judicatum & proinde erroris argui non possent.*

TH. 12. *Gravamina* sua Revisionem petens hodiè per *Recess. 1654. S. 125.* breviter, nervosè & distinctè statim vel in ipso actu intimationis vel ad minimum intra quatuor menses à die latæ sententiæ offerre debet; Quod si tamen de sua diligentia docere & justum impedimentum allegare possit, quo minùs intra dictum fatale id facere potuerit, alium terminum impetrabit: Justum namque impedimentum excusat & interstitium non currit legitimè impedito. *l. 1. C. de annal. except. l. 21. C. de adult.*

TH. 13. Quod attinet *Processum à parte Revisorum*, illi, antequam causam revidendam suscipiant, solenne Juramentum præstare tenentur: Non se antea in Causa revidenda consuluisse: Judices priores in honore atque pretio habituros: Diligentiam in revidendo, fidem in judicando, jus & justitiam administraturos & munera non capturos. *Ordin. Cam. d. tit. 53. p. 3. S. und sollen der Keyserl. Majestät.*

TH. 14. *Processus à parte Judicis & Assessorum* Camerae consistit in eo, ut, quemadmodum Commissarii Imperatoris & cæteri Revisores in pervendendis & revidendis actis diligentiam &

E fidem

dig
rch
m
Et
non
le
a
non
ure
. C.
e
os-
nis-
am
an-
di-
al-
als
vi-
e
ars
vi-
ne,
illâ
um
nte
et.
di,
ea-
xi,
um
ui-
en-
er
&
10.



fidem jurarunt, ita quoque Judex, Præsides & Assessores Cameræ, qui sententiæ concipiendæ interfuerunt, vinculo & religione jurisjurandi, quod in Camera iudices aliquando constituti jurarunt, ad eandem diligentiam atque fidem astricti, rationes & fundamenta sententiæ abs se latæ proferant. *Ordin. Cam. d. tit. 5.* Darauf sollen.

TH. 15. Rursus à parte *Revisorum processus* requirit, ut antequam partes in causa procedant, amicabilem inter eas compositionem tentent. *Recess. 1654. §. 133.* Wenigers nicht sollen die Revisores zwischen den Partheyen / die sich zu solchem Ende einfinden möchten / die güttliche Vergleichung / sonderlich in den wichtigen Sachen / vor allen Dingen versuchen / auch die *Acta dametis armorum* verhanden / vor allen andern vornehmen und expediren &c. Ad officium enim Prætoris pertinet, lites diminuere *l. 21. de R. C. concordia scilicet vel judiciò. c. 1. X. de mut. petit.* ita ut argumenta quæ ad concordiam faciunt, semper præmitti debeant. Proinde & gravis in foro Electorali Saxonico extat Sereniss. Electoris admonitio de amicabili compositione, prius tentanda *Ordin. Process. tit. 1.* Notandum tamen, quòd, licet amicabilis compositio forte ex negligentia aut fastu iudicum ommissa sit, processus insecutus vitium propterea non contrahat, non quidem quòd hæc lex suaforia tantum sit, hoc enim non admittunt verba: Sollen die Revisores zwischen den Partheyen vor allen Dingen &c. Sed quod hic tractatus non faciat propriè ad substantiam processus & extrinsecus quidem ad officium iudicis pertineat, ab ipso iudicio autem separatum negotium constituat, uti quoad amicabilem compositionem in foro Saxonico tentandam rectè contra opinionem Carpzovii in *Process. tit. 10. artic. 1. n. 20.* Caspar Zigler in *sua Dicastice conclus. 12. §. 6.* statuit.

TH. 16. Quòd si verò Revisores partibus litigantibus amicabilem compositionem persuadere non valeant, eas quoque ad concordiam cogere non possunt, sed audire debent, siquidem, concordia suaderi quidem, at imperari non potest, nisi in certis casibus de quibus vide Gailium. *lib. 2. c. 18. n. 9. de P. P.* ubi interdictis & inhibitionibus tumultui armorum fibulam Revisores injicere debent.

TH. 17.

TH. 17. His itaque omnibus, quæ tam à parte *litigatorum*, quàm *Revisorum*, *Judicis* quoque & *Assessorum Camera* requiruntur, legitimò tempore intra Fatalia peractis, Commissarii Cæsarei & cæteri Revisores soli absque Judice & Assessoribus Camerae causæ revidendæ momenta ponderant, & id quod bonum æquumq; est decernunt, priorem sententiam, si justam cognoverint, confirmantes, si erroneam nullamve aut juri vel consuetudini contrariam reformantes. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §. Darauf sollen.*

TH. 18. Dixi hætenus, quemadmodum hoc remedium introducatur, & quomodo secundùm id procedatur, consequens est, ut paucis quoque attingam, *quomodo & quando* eidem legitimè *renunciari* possit? Proinde si pars impetrans ab hoc remedio desistere voluerit, id sex septimanis ante Visitationem in qua revisio tractanda est, *Moguntinæ* vel *Trevirensi Cancellariæ* notificare & literis Revisioni impetratæ renunciare debet, petens, ut Elector Moguntinus, vel si hic impeditus fuerit *Trevirensis* iis, quibus revisio denunciata est, rursus significet, impetranthem à revisione destitisse. *Recess. Imp. de ann. 1557. §. 23.* Sumtus tamen denunciationis & renunciationis & alias expensas in causa hætenus factas *Renuncians* omnes restituere debet, & si seriùs renunciaverit, aut hanc formam aliàs exactè non observaverit, arbitriò Commissariorum & Revisorum multabitur & expensas deinde factas simul omnes refundet. *d. Recess. §. 25. Denais. in Jur. Cam. Rubr. Revisio actorum. Schvvanman. lib. 1. Process. Cam. c. 75. n. 11.*

TH. 19. Quæ hûc usque dixi, specificè circa hoc remedium observanda sunt, seqvuntur nunc *Accidentalia*, quæ non sunt propriè de forma hujus Remedii, sed incidunt & ex *accidenti* circa Processum concurrunt, uti sunt *Exceptiones*, quæ oriuntur circa hoc remedium, tum ratione Causæ revidendæ, tum ratione ipsorum Revisorum: Ratione *Causæ revidendæ* oriuntur exceptiones rursus tam circa *Materialia* quàm *Formalia*: Circa *Materialia*, utputa, quòd causa non sit Revisibilis, quòd talis in qua jure communi appellatio non admittatur & per consequens nec Revisio peti possit: Circa *Formalia*, utputa, quòd Revisio non legitimè petita nec intra præfinitum fatale introducta sit, vel quòd

alia necessaria requisita observata non sint. Et hæ exceptiones competunt *parti adversæ*, contra quam hoc remedium intentatur, *Judici* quoque & *Assessoribus Camerae*. Quæritur autem, an contra ipsa causæ gravamina à partibus deducta *Judicum Cameralium* replicationes admittendæ, & num ea *Judici* & *Assessoribus* propterea communicanda sint nec ne? Et communicari quidem posse puto, nisi aliter *Revisoribus* ex justis causis visum fuerit, replicationes tamen non admittendas esse censeo, ne lis in infinitum crescat & *judicium revisorium* multis disputationibus protrahatur, siquidem *Ordinatio Cameralis* unicam saltem partis deductionem permittit, & requirit, ut *Judex* & *Assessores Camerae* sententiæ abs se latæ rationes exponant & vota sua *Revisoribus* communicent, non ut partium gravamina & ipsi disputent, de his enim cognitio solis *Revisoribus* relicta. vide *Adr. Gylman. Symph. Suppl. tom. 5. fol. 394.* ubi in causis B. contra O. & S. contra F. sequens *Decretum* refert: *Der Römischen Keyserl. Majestät Commissarien auch der andern visitirenden Stände verordnete Revisoren/lassen es auf Cammer=Richter und Beysitzer wegen Communicirung deren in beyden Revisions-Sachen B. wieder O. und S. gegen F. einkommener gravaminum beschehenen begehren bey der Cammer=Gerichts=Ordnung bleiben/ und ist hierauf gedachtem Cammer=Richter und Beysitzer die gesuchte communication hiermit abgeschlagen. Decretum in Consilio Dominorum Revisorum, 27. Maj. 1582.*

TH. 20. *Adversus Revisores* quoque oriuntur *Exceptiones* & competunt tam *parti victæ* quam *victrici*, imò & *Camera* contra *incompetentes Revisores* excipere potest. *Andr. Gylman. Symph. Suppl. tom. 5. fol. 402.* Hinc nomina *Revisorum* ad instantiam partium in *Camera* iis communicanda, ut contra illos possint excipere. *Justam* itaque contra *Revisores* excipiendi causam præbet *Suspicio*, siquidem omnes lites sine ea procedere debent *l. 14. C. de Judic.* & periculosum durumque est sub *judice* litigare suspecto.


TH. 21. Sed quæritur, quâ ratione *Suspicio* in *Revisores* possit cadere, cum *Imperatorem* repræsentent, *Imperator* verò ut suspectus nunquam allegari possit? Distinguendum puto inter
totum

totum Collegium Revisorum & singulos eorum, ita ut horum unus vel alter ut suspectus quidem argui, totum verò Collegium recusari nullò modò possit. *Grev. conclus. 33. n. 5.* Sic & cæteri Revisores super incidenti hac causa suspicionis ipsi cognitionem habent & eorum arbitrio relictum, an fortè unus vel alter recusandus sit nec ne? *Recess. Imp. 1559. §. 60. gleicher gestalt in Sälzen etc. §. 64. da aber hinführo.*

TH. 22. Verum non sufficit quævis *suspicio*, sed *justa & prægnantissima*, qualis esse potest singularis *Affectio* ergà reum, ut si Revisor esset ipsius pater, filius *l. 10. ff. de jurisd. l. un. C. ne quis in su. caus.* aut aliter ipsi sangvinis vel affinitatis vinculo junctus *c. postremo. X. de appell.* Item si Revisor singularis & capitalis victæ partis inimicus. *arg. l. 9. ff. de liberal. caus.* Justa quoque est suspicionis causa *commodum & incommodum* quod ex causa revidenda ad revisorem pertinet: Iniquum enim est aliquem suæ rei & in propria causa fieri judicem. *l. 17. ff. de Judic. l. 11. C. ne quis in su. caus.* Omnis autem causa dicitur propria, ex qua suo nomine ad judicem emolumentum vel damnum pertinet. *l. 1. §. 11. ff. quand. appell.*

TH. 23. Pari modò Revisorem suspectum faciet singularis ejus *affectio ad causam revidendam*: Quæ exinde elicitur, si ipse cum eo, qui Revisionem petit, vel alio, similem habeat controversiam: Præsumitur enim secundum id judicaturus quod suæ quoque causæ favorabile videbitur. *arg. c. 20. X. de testib.* Mascardus *de probat. conclus. 954. n. 15.* Item si revisor in eadem causa jam ante adversarii fuerit Advocatus, Procurator aut testis *l. 6. C. de postul. arg. l. fin. ff. de Testib. l. fin. C. de Assess.*

TH. 24. Plurimæ sunt aliæ suspicionum causæ, quarum Maranta *in Spec. aur. p. 2. cap. 2. n. 27.* quadraginta enumerat & Lancellottus *sub tit. de except. n. 12.* quinquaginta. Sichard. *in l. 16. C. de judic.* & alii nonaginta & tres, teste Pacianò *lib. 2. de probat. cap 45. n. 50.* Sed tamen non sunt omnes justæ & sufficientes ad removendum Revisorem: Et cum hac de re nullam in jure habeamus certam regulam, cognitio suspicionis rectissime Commissariorum & reliquorum Revisorum arbitrio relinquitur. *arg. l. 1. ff. de Jur. delib. & per textum expressum in dicto Recessu de ann. 1559.*



§. 64. in verb. daß in solchen Fällen der *exception* oder *recusation* unsere *Commissarien* und die andere von gemeinen Ständen geordnete *Visitation* Räte und Befehlhaber / ob einer oder mehr / gegen dem oder denen also *excipiret* / bey der *Visitation*, *Revision* und *Syndicat* bleiben oder davon auszuschließen / erkennen / auch solcher Erkenntniß nachgesetzt werden soll ꝛ. Quod ipsum tamen arbitrium, uti in omnibus aliis juris articulis, ita & in hoc, ex boni viri arbitrio regulandum est.

TH. 25. Proponendæ sunt hæ *Exceptiones* uti dictum, coram *Commissariis Cæsareis* & cæteris *Revisoribus* & quidem ante principalis negotii discussionem, quemadmodum enim aliis etiam in causis *judex* nisi imploratus officium suum interponere non solet. l. 4. §. 8. ff. de damn. infect. ita etiam in *judicio Revisorio*, nisi opponantur à partibus legitimò modò *exceptiones*, nulla est *Revisorum* super iis cognitio, sed principale negotium peragitur. Hinc communis est *Doctorum* sententia, *exceptionem Recusationis* omnium primam esse atque ante omnes alias opponi debere, ne per alterius *exceptionis* objectionem in *judicem* consensus videaris, & per hoc ipsum *recusare* non valeas. Zanger. de except. p. 2. cap. 4. n. 4.

TH. 26. Requiritur autem, ut *causæ suspicionum* exprimantur: Quanquam verò *Jure Civili* secundum communem *Doctorum* sententiam sufficiat, si pars in libello *recusatorio* *judicem* suspectum dicat, etiamsi causas *suspicionis* non exprimat Gail. 1. obs. 33. n. 14. Sichard. ad l. 16. C. de judic. n. 11. Hoc tamen de *Jure Canonico* necessarium est, c. 41. §. tertia c. cum speciali. 61. pr. X. de Appell. Gail. d. obs. 33. n. 14. Mascard. de probat. conclus. 954. n. 8. ubi testantur quòd communis *judiciorum* usus *Jus Canonicum* hac in parte sequatur.

TH. 27. Olim *Revisore* etiam unò emanente aut propter hujusmodi *exceptiones* remotò, *revisio* in sequentem annum ad eosdem *Status* prorogabatur & *Status*, qui miserant inhabiles *Legatos*, sumtus & expensas omnes cæteris *Revisoribus* ut & partibus refundere tenebantur. Recess. Imp. de ann. 1559. §. 64. Sed hodie per Recess. de ann. 1654. §. 129. hoc casu in locum aut plane non,

37
non, aut non legitime comparentis, Status, quem ordo proxime tangit, vocabitur, servatâ itidem statutâ pœnâ 1000. Imperialium, quam qui non comparuit, aut comparuit quidem sed non legitime, luere tenetur, ex mente *d. Recess. §.*

CAP. VI.

De

Fine & Effectibus.

TH. I.

Finis hujus remedii vel *Generalis* est vel *Specialis*: *Generalis* est, quatenus respectu Legislatorum sive Imperatoris & Statuum Imperii consideratur: Ut nimirum Judex & Assessores Camerae Imperialis in cognoscendis actis & dijudicandis controversiis eò majorem adhiberent diligentiam, si verendum pertimescendumque ipsis foret, ne acta post sententias latas reviderentur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 53. §. 1.* Damit auch Cammer-Richter und Beysitzer desto fleißiger seyn/ so sie besorgen müssen &c.

TH. 2 *Specialis* est quatenus iniquitas sententiæ, quæ culpâ judicum lata est, hęc remedio corrigitur & in melius reformatur *arg. l. 1. ff. de Appell. §. relat.* Cùm enim non solum Camerae pudor hęc verferetur. *arg. l. 26. ff. de procurat.* quando scilicet Judex & Assessores culpæ arguuntur. *arg. l. 11. ff. de recept. arbitr.* sed etiam partis maximè interfit, ne culpâ judicum justâ causâ cadat, utrique Imperator & Status Imperii occurrere & Judices quidem Camerales hęc remedio ad exactiorem diligentiam incitare, victis autem, si qua præter spem sententia Cameralis culpâ aut errore lata fuerit, justum adversus istiusmodi sententiam adminiculum suppeditare voluerunt.

TH. 3. *Effectus* hujus remedii semper quidem est *Devolutivus*, pro qualitate tamen causarum quandoque etiam *Suspensivus*. Et an Executio intentatô hęc remedio suspendatur, gravissimorum Jctorum jam olim peranceps quæstio fuit, affirmantibus aliis, aliis negantibus. Negantium partes sustinuisse visum sunt Menochius *cons. 992. n. fin.* ubi alios in hanc sententiam adduxit.

Auxit. Robert. Lancelot. *tract. attent. part. 2. cap. 19. num. 16. 17.*
 Alvar. de Valasc. *Reg. Lusit. consult. 51. n. 25.* & in hanc neganti-
 um opinionem extant quinque illa olim in causa illustri Nurn-
 berg contra Brandenburg conscripta consilia, Francofurti anno
 1589. excusa: Affirmantium à partibus solum Gallium stetisse re-
 perio, & quanquam impar hæc opinio tot Doctorum autoritati-
 bus, argumentorum quoque pondere levior videbatur, in Impe-
 rio tam en per *Recess. Deput. anno 1600.* plenissimum robur accepit
 S. als auch Streit vorgefallen ibi: So ordnen und wollen
 wir doch / daß pendente Revisione mit der execution nicht zu-
 verfahren / ꝛ.

TH. 4. Sed hodie per *Recessum novissimum de anno 1654.*
 §. 124. *Effectus suspensivus* rursus sublatus est, & solus *devolu-
 tivus* huic remedio relictus, in verbis d. S. ordnen und wollen
 auch / daß gleichwol der *effectus suspensivus* bey den gesuch-
 ten *Revisionibus* wieder die Cammer = Gerichtliche Urtheil
 inskünftige aufhebt und allein *devolutivus* statt finden
 solle ꝛ. quæ verba de futuris *Revisionibus* intelligenda sunt, in
 iis enim quæ ante hunc *Recessum* petita sunt, *effectus suspen-
 sivus* manet.

TH. 5. Excipiuntur tamen *Cause spiritualia & Religionem*
 concernentes, in quibus hoc remedium, tam *devolutivum* quam
suspensivum effectum adhuc obtinet d. S. in verbis: Wie denn
 auch in den künftigen *Revisionibus*, welche in geistlichen oder
 Religion = Sachen gesucht werden möchten / der *effectus*
suspensivus noch so lange zulassen / bis auf bevorstehenden
 prorogirten Reichstag ꝛ.

TH. 6. Itaque *Effectus* hujus remedii quidam *Communis*
 est, quidam *Proprius*: Ille est *Devolutio*, quæ in omnibus pro-
 miscuè causis in quibus hoc remedium locum habet, vires suas
 exerit: Hic est *Executionis Suspendio*, quæ non in omnibus sed spiri-
 tualibus saltem & religionem concernentibus obtinet.

TH. 7. Quæ verò sint hîc loci *Cause spiritualia & Reli-
 gionem concernentes*, paucis dicendum est: ne forte lectori dubi-
 um oriatur, quâ ratione Camera de spiritualibus & Religione co-
 gnoscere possit, cum sit manifesti juris, Laicum sive iudicem Se-
 cula-

cularem de causis Spiritualibus & Ecclesiasticis jus dicere non posse, sed jurisdictionem & cognitionem earum ad Ecclesiasticum pertinere *c. decernimus. & c. quanto. X. de judiciis. antb. causa. & antb. statuimus. C. de Episc. & Cleric.* siquidem id verum est de causis merè Ecclesiasticis. *Mynsing. cent. 1. obs. 100.* Verùm si quæstio aliqua spiritualis incidat de re, cujus etiam Camera communionem habet, secus est, quia hõc casû de quæstione illa spiritali mixta judex secularis rectè cognoscit, prout multis confirmat *Farinac. in criminal. quest. 8. num. 124.* Sic etiam hodiè extra dubium est, si de bonis sive juribus rerum Ecclesiasticarum controversia sit in possessorio, cognitionem super possessorio pertinere ad judicem secularem, & finitõ possessoriõ causam in petitorio cognoscendam remitti ad Ecclesiasticum. *Mynsing. 2. obs. 66. Gail. 1. obs. 37. num. 5. & obs. 38. num. 3.* Sic quoque Clerici ob dominium vel territorium & rem quamcunque, quam ab Imperatore & Imperio tanquam feudum recognoscunt, actionibus possessoriis aut realibus conventi rectè in Camera forum sortiuntur. *Gail. d. obs. 37. & de Pignor. obs. 7. n. 3.*

TH. 8. Cæterùm hujusmodi *Causa spiritualia & religionem concernentes* oriuntur potissimùm ex *Constitutione Pacis Religiosæ*, & in his Jurisdictio Cameræ fundata est *ratione Facti*: Quotiescunque enim dicta Constitutio violatur aut turbatur, Causa violatæ Pacis religiosæ oritur, quâ queritur Actor, se propter Religionem vel in persona sua, vel in bonis suis, aut Ecclesiasticis juribus, ritibus ac ceremoniis spiritualibus ab aliquo violatum, ac turbatum esse. *Gail. 1. obs. 1. n. 3.*

TH. 9. Dictæ Constitutionis duo sunt capita: *Primum* est, ne Imperator & Catholicæ religionis Ordines Statum Confessionis Augustanæ ob eam professionem vi vel armis invadant, detrimentove afficiant, aut à Religione, fide, ceremoniis ritibusque in Ecclesiam introductis, porrove introducendis, in propriis conditionibus dejiciant: Sed Religionem prædictam ejusve exercitium liberum & res atque Jura omnia intacta relinquunt, alles bey Keyserlichen und Königlichem Würden / Fürstlichen Ehren / wahren Worten uud Pœn des Landfriedens *Recess. Imp. de anno 1555, §. 15.* und damit solcher fried. *Alterum* est, ut

F

simi-



similiter Ordines Augustanæ Confessionis erga Imperatorem, Ordinesque priscae Religionis eorumque Collegia atque alios Ecclesiastici ordinis homines omnia observent, atque æquò cum iis jure contenti sint, pari periculò & sponsione honoris Principum, fideique pœnisque Constitutionis *dict. Recess. S. 16.* Dagegen sollen die Stände so Augspurgischer Confession verwand se.

TH. 10. Ergò si in his aut similibus *spiritualia Religionemve concernentibus causis* Revisio petatur, sive fiat ab *Augustanæ Confessionis* sive à *Pontificiæ Religionis Ordinibus*, hoc remedium utrumque *Effectum* tam *Devolutivum* quam *Suspensivum* habebit. Quæritur autem an & REFORMATI hoc beneficio fruantur, & num in Causis eorum Religionem concernentibus hoc remedium effectum *suspensivum* habeat? Dubitari potest, quia *Constitutio Pacis Religiose* duarum saltem Religionum, *priscae* scilicet & *Augustanæ* mentionem facit: Sed hoc non obstante affirmatur, per verba *Instrumenti Pacis Casareo Suedic. artic. 7. S. 1.* ubi ita: *Unanimi quoque Casareæ Majestatis omniumque ordinum Imperii consensu placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cum omnes alie Constitutiones Imperii, tum pax Religionis & publica hæc Transactio in eaq; decisio gravaminum cæteris Catholicis & Augustanæ Confessionis addictis, Statibus & subditis, tribuunt, id etiam iis, qui inter eos Reformati vocantur, competere debeat &c.*

TH. 11. Declaratur quod dixi, hoc Remedium in aliis quam *Spiritualibus Religionemve concernentibus causis* effectum *Suspensivum* non habere, ut verum sit, si victor in judicio *Camerali Cautionem idoneam* in casum succumbentiæ de restituenda re cum usuris præstiterit. *Recess. de anno 1654. S. 124.* in verb. *Jedoch mit der Condition, daß die Parthey/ vor welche die Sentenz gesprochen und von dem die Execution begehrt wird/ gnugsame Caution de restituendo auf den Fall der Verlustigung der Sachen se.* *Cautione* etenim idoneam præstitam, hodie in omnibus aliis causis, exceptis *Spiritualibus*, de quibus dixi, indistinctè executio procedit, nec amplius suspenditur: Quod si verò pars victrix idoneam cau-

41
cautionem de restituendo præstare aut nolit aut non possit, executio sententiæ omninò manebit in suspenso, & sic nostrum remedium *utrumque Effectum* recipiet, quoad in iudicio Revisorio sententia prior aut reformata aut confirmata fuerit.

TH. 12. Quæritur autem quæ sit *idonea Cautio*, quam pars victrix præstare tenetur nisi executionem in suspenso manere velit? Et regulariter fidejussoriam requiri putem, adeò ut ne possessor quidem rerum immobilium ab ea sit immunis, cum hæc *Cautio* quasi *substantiale* quoddam ad obtinendam executionem proponatur: Non negem tamen interdum & cautionem juratoriam in subsidium, præsertim in causis pauperum, admittendam esse: Gail. 2. *observ.* 49. quanquam priorem sententiam juri magis consentaneam esse putet Vultej. *lib. 2. de Jud. c. 5. n. 348.*

TH. 13. Quid autem si victor non quidem cautionem interponere, sed rem controversam in deposito aut sequestro collocare velit? Et æquipollere hanc depositionem satisfactioni refert Apostilla ad Guid. Pap. *dec. 189.* & Salgado *in Labyr. Cred. p. 1. cap. ult. num. 149.* quod tamen aliis videtur non procedere, quia, quod de substantia alicujus actus sit, per aliud æquipollens expediri non possit.

TH. 14. Cæterum quæ *cautio idonea* æstimanda sit? non immeritò iudicis arbitrio relinquitur, uti & iudicis officium est, si forte pars contra præstitam cautionem, tanquam insufficientem, excipiat, se interponere & utrum sufficiens sit nec ne? pronunciare. Sed de hoc arbitrio iudicis circa *cautionem* ab *Electo-ribus*, *Principibus* & *Statibus Imperii*, item à *pauperibus* præstandam, ut & de forma *Processus in puncto cautionis coram Deputatis* observanda, videatur *Recess. de ann. 1654. §. 124.* quò Lectorem brevitatis causâ remitto.

TH. 15. Præstitâ Cautione sequitur *Executio*, quæ tamen revocabilis & temporaria seu eventualis æstimanda est, scilicet, ut si retractetur sententia à Revisoribus, non obstet executio antea effectui data, sin autem confirmetur, amplius in quæstionem non vocetur, sed irrevocabiliter facta censeatur. Vincent. de

42.
Franch. *Decis.* 139. Testaurus *Decis.* 181. num. 3. circa finem.

TH. 16. Porrò inter *Effectus* hujus remedii non malè referri potest (1) quòd sententiâ priore per Revisores retractatâ, parti victrici deposita pecuniæ Summa restituatur & Camera Revisorum sententiam exequatur. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §. Darauf sollen.* (2) Quòd si nullitas vel iniquitas sententiæ prioris sine dolo quidem, culpâ tamen aut errore vel Procuratorum vel Judicum acciderit, contrâ nocentes aut negligentes deprehensos secundùm Ordinationem jurisque præscriptum modum procedatur. *Ordin. Cam. d. t. §. und ob solche Nichtigkeitkeit.* (3) Quòd habitâ ratione atque intuitû sententiæ judices Camerales eodem locò parique causâ cum inferioribus iudicibus, à quorum sententia quis appellavit aut supplicavit, habeantur. *Ordin. d. tit. 5. §.* (4) Quòd sententiâ priori confirmatâ, pecunia deposita in sumtum factorum reparationem pœnamque ejus qui revisionem petit, cedat. *Ordin. Cam. dict. tit. §. im Fall aber da die Urtheil.* (5) Quòd Revisionem semel petens si succumbat, ulterius non admittatur. *Gail. 1. obs. 155. n. 3. Heig. p. 1. q. 10. n. 84.*

CAP. VII.

DE

Remediis affinibus.

TH. I.

Discussis tam Materialibus quàm Formalibus hujus Remedii, restat ut breviter quoque *Affinia* ejus percurram. Siquidem peritia juris consistit in similibus & dissimilibus discernendis. *Massa de exerc. Jurispr. lib. 2. num. 44. & 58.* Supervacuum tamen putem, differentiam specificam in his latius explicare & multis ostendere, in quibus hoc remedium cum aliis aut conveniat aut ab iisdem differat, eo quòd eruditus & discretus lector tam convenientiam quàm differentiam tum ratione Objecti tum quo-

quoque ipsius Formæ facili negotio ex præcedentibus capitibus colligere possit. Itaque quasi per indicem præcipua saltem hujus remedii *Cognata* paucis annotabo, quæ potissimum hæc sunt: (1) *Syndicatus*, quò Litigator iniquâ sententia gravatum, se dicens ipsum judicem de dolo, quòd prece vel pretiò corruptus favore aut odiò injustam dixerit sententiam, accusat. *Ordin. Cam. p. 3. tit. 53. §. 10. wo aber einige Parthey.* Quòd crimen jure Civili *repetundarum*, nostris autem barbarò vocabulò *bar-rataria* dicitur, de quo olim Calpurniam, Aciliam & Serviliam legem constitutam fuisse ex Cicerone notant Mejer. *in C. J. A. tit. ff. de L. Jul. repetund.* Ludvvell. *Diff. 18. th. 10. lit. B.* In petendo autem instituendoque Syndicatu eadem forma eademque processus leges, quæ in Revisione, observantur *Ordin. Cam. d. t. §. 10. vers. auch den Proceß derhalben fürzunehmen / inmassen hierbey der Revision halber gesetzt.* Differentiam eruditus lector ex definitione colligere potest. (2.) *Remedium Supplicationis*, quòd est querela de aliquo gravamine illius, qui ob causam aliquam à judice à quo appellare nequit, qui que se gravatum queritur & sententiam vel ab eodem, qui eam dixit, vel ejus superiori, retractari petit. *l. 5. & auth. quæ supplicatio C. de precib. Imp. offerend.* Locum habet in judicio Aulico Cæsareo per *Instrumentum Pacis Cæsareo-Suedicum artic. 5. §. 54.* in verbis: *Ne partes ibidem litigantes omni remedio suspensivò destituantur, locò Revisionis in Camera usitata licitum esto parti gravatæ à sententia in judicio Aulico lata ad Cæsaream Majestatem supplicare, &c.* vid. *R. D. D. tit. 5. §. 7.* Differentiam autem Supplicationis & Revisionis vide apud Mynsing. *cent. 6. obs. 15.* (3.) *Querela Nullitatis* quando scilicet judex nulliter processit, ea que vel agendo vel excipiendo proponitur, & quidem de Jure Civili, ut aliæ actiones, per 30. annos, quòd tempus tamen in Electoratu Saxonix restrictum est ad terminum Saxonicum, nimirum ad sex septimanas & tres dies à die sententiæ publicatæ computandos. *Ord. Process. tit. 38.* In Decretis autem aliisque actibus judicialibus etiam in foro Saxonico intra 30. annos, annum & diem super nullitate experiri licitum esse testatur. *Carpzov. Process. tit. 19. artic. 3. n. 13. & seq.*

(4) *Appellatio*, quæ est ab inferiore iudice ad majorem & superiorem ratione gravaminis gradatim facta provocatio. Differentiam ejus & Revisionis vide apud Mynsing. *cent. 6. observ. 15.* (5) *Superlitteratio*, quæ nihil est aliud, quam Revisio quædam Actorum & præsertim in *Aulis Electoris & Principum Saxonie* admittitur, imò nec in omnibus causis, sed in iis duntaxat, quæ in prima statim instantia ibi coeptæ vel per Commissarios & Delegatos, non verò quæ per viam appellationis contra sententias definitivas interpositæ, eò devolutæ sunt, *Constit. Elect. 19. p. 1.* & ad eam Carpzov. (6) *Restitutio in integrum*, non tamen omnis, sed illa tantùm, quæ locum habet contra sententiam latam & rem judicatam: Et est vel Majorum vel Minorum: Hæc competit minoribus per sententiam læsis. *l. 1. §. 4. C. si advers. rem judic.* Illa datur Majoribus ex certis causis. *l. 2. & 3. C. si ex fals. instrum. l. 33. ff. de Rejudic.* Utraque urgeri poterit vel per modum *actionis* vel per modum *Exceptionis*. In foro Electorali Saxonico verò jure novissimò in *Decis. Elect. 15.* constitutum est, ut nemo ad restitutionem petitam teneatur respondere, nisi adversarius sententiæ satisfecerit, quod tamen secus est si per modum exceptionis proposita sit, læsioque intra terminum executioni præfixum, probetur.

Sed de his latiùs agere nec instituti mei nec temporis ratio permittit. Et plura, ut fatear, erant, quæ de hoc illustri argumento equidem & dicere poteram & addere volebam, sed veritus, ut disputationis modum servarem, satius esse duxi, consultò ea omittere quàm longiori extensione fines excedere.

SOLI DEO GLORIA.



HENR BALTHAS ROTH. D. P. P.

Acad. Jenens. p. t. R E C T O R.

Nobili atque Clarissimo

DN. JOH. HENRICO

A L B E R T I,

J U D d o,

S. P. D.

I Ngens quondam honos victoribus habebatur in solennibus ludis, quando cunctorum non plausu tantum, & faustis acclamationibus exciperentur illi, sed capita quoque lauro in majorem rei splendorem cingerentur. Verum omnishæc laus parta corporis robore, vel quadrigarum rapido decursu, vel pedum velocitate, ignobili hominum studio, quod in hoc brutis haut raro simus inferiores. Quanto major erit virtus, atque ingenii cultus, ubi cum exigua isthac prærogativa comparetur? Non laurus ab interitu vindicat, aut præter honoris collati teseram quidquam tribuit, non lætissimi plausus
verba

AK T 43630

verba efficiunt, ut magis gaudeamus ob corpo-
 ris, quam ingenii dotes, quæ solæ laudis inge-
 nuæ sunt capaces, atque immortales nos præ-
 stant. Magna sic tua, Clarissime Vir, est digna-
 tio, ac honor non exilis, quod in curriculo juris
 nostri civilis ad solidæ doctrinæ metam adspi-
 ras, inque hac academia laboris juxta & virtutis
 agonotheas requiris, quos invenies quoque in
 vota facillimos. Ea enim est indolis tuæ præ-
 stantia, in publica vita & actu forensi laus, ut
 honores concedendos dudum sis promeritus,
 majores posthæc victricis Astrææ munere su-
 scepturus. Huc nos inducit, ac spei certæ fi-
 ducia implet dissertatio præsens de Revisione
 Actorum, qua totius argumenti hujus ambitum
 egregie complexus præcellens ingenii specimen
 demonstras. Vale, & in stadium certaminis
 publici feliciter procede. Jenæ Mens. Aprilis
 MDCLXXX.



N
 1077



Handwritten text in a historical script, likely Latin or German, is visible on the aged paper. The text is faint and partially obscured by the ruler and color patches. Some legible words include "REMED", "SOM", "TENT", "PER", "ANNA", "SCHWABURG", "BIBLIOTHECA", and "JANU". There are also some markings at the top right of the page, possibly "11" and "12".

